

Theol. Reform 1150.

2884
SAMUELIS DIESTII,
Theol. & Philos. D. ac Prof.

Dissertatio Historico - Irenica,
De
LITE & PACE RELIGIO-
SA EUANGELICORUM:

Tribus distincta segmentis;

- I. DE LITIS SACRAMENTARIÆ
ORTU & PROGRESSU,
- II. DE RECONCILIATIONIS NECES-
SITATE & POSSIBILITATE,
- III. DE MEDIIS RECONCILIATI-
ONIS.

Ubi & de nuperrimo CASSELLANO,
variisque aliis Irenicis Colloquiis
& Actibus agitur.




Iustus Notar

DUISBURGI CLIVORUM,
Anno MDCLXXIII.

Prostat ARNHEMIÆ, Apud JOHAN.
FRID. HAGEN, Bibliopolam.

Theol. Reform. 1107. 1150



GAL. V. v̄f. 15.

Quod si alij alios mordetis & exeditis, videte ne vicissim alij ab aliis consumamini.

MATTH. XII. v̄f. 25.

Omne regnum dissidens adversus sese vastatur, & omnis urbs aut domus dissidens adversus seipsam, non stabit.

PSALM. CXXXIII.

Ecce quàm bonum, quàm amœnum est, fratres habitare etiam unà. Est ut unguentum &c. ut ros Chermonis &c. Nam illic mandat Jehova benedictionem suam, vitam usque in seculum.



Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

AMPLISSIMO
MAGISTRATUI,
Ejusque
SECRETARIO,
INCLYTÆ CIVITATIS
DUISBURGI,
VIRIS

Consultissimis, Doctissimis, Gravissimis, Spectatissimis, Prudentissimis.

CICONIAE non modo pietas & ⁵⁰⁹⁷in Parentes, verum & gratitudo in Hospites, quorum tetum non subit, sed cui cum nido suo incumbit, Viri Consultissimi & Gravissimi, in ore vulgi & communi proverbio versantur. Num verò aliqua, quæ de famosa ista ave auditione accepimus, vulgentur in majus, otio abuterer, si operose indagarem. Sane etiam fabelle nos erudire possunt ad virtutes & frugum hominum instituta. Vel igitur aliquis
† 2 excogi-

excogitarit, vel observarit, Ciconiam,
quod nidum alicujus ædibus inædifica-
vit, ne sibi ingrata tectum elocatum esse
videatur, annuam quandam pensionem
vel canonem solvere; primo quidem anno
pennam ab ala abstractam, secundo o-
vum, tertio denique pullastrum. Ita,
sive per lepidorum hominum figmenta,
sive per vera experimenta, graditur püs-
sima Avis, ut diuturnitatem hospitij
charissimo tandem sibi pignore compen-
set.

Quid, Viri Gravissimi, hujus vel fa-
bellæ vel historiæ auspicijs mihi velim,
vos facile augurari posse confido. Vestra
nempe civitas primum Academiæ nostræ
præbuit Hospitium: in vestra civitate
Academici Doctores, nidum suum, Sere-
nissimâ nostrâ Aquilâ jussu & munificen-
tiâ præeunte, & semel cæpta proporro ob-
umbrante, construxerunt: in vestro sinu
ab incubantibus Professoribus pulli ra-
tionales excluduntur, qui postmodum suo
votatu laudem vestram & Hospitalitatis
famam vel trans mare devehant.

Nun

Num igitur, si Aper vincit homines
auditu, Aranea tactu, Simia gustu,
Lynx visu, etiam Ciconia nos superabit
animo grato? Minime verò. Corpore ut
præstet bestia, corporisq; sensu, animi vir-
tute si antecellat, res foret nimis indigna.

Hoc ad animum revocans, Ego, qui
structuræ literariæ confectorem me lubens
agnosco minimum, mihi quoq; aliquod
gratitudinis symbolum & operæ manipu-
lum indictum esse arbitror, quem primis
Academici negotij annis vobis exhi-
beam. Non consecro autem vobis disci-
pulum aliquem, pullum hîc præceptis meis
innutritum, ac justis pennis, quibus ad
altiora evolare potis sit, instructum, sed
chartaceum aliquem partum, quin cala-
mum duntaxat, seu ruditer & properan-
te manu ductas lineas, in usum collegij
nostri disputatorij non ita pridem exara-
tas.

Non enim erubesco comparari ad Ci-
coniam, cui primo anno penna solummo-
do excidit: quæq; ad sequentia tempora
reservat dona meliora. Ad hoc modestiæ

† 3

exem-

exemplum, necdum oviparis me adscribo, nihilominus, siquidem Deus Halcyonia in longum nobis concesserit, quo & ego melioris notæ incubus esse queam, vividum & utiliorem pullum ab altera & tertia æstate expecto.

A vobis igitur, Viri Consultissimi & Gravissimi, obsecro, hasce mei munusculi primitias boni consulite, nec levitatem earum aut vilitatem despiciate, quin potius grati animi signum hocce non volaticum suspiciate; & si plura Vestris meritis de me concedere poterò, ea quoq; prospiciate. Sic enim par fuerit, ut Nos & Vobis nidificemus Aves.

Deum verò calidissimis votis veneror, quò Vestram Civitatem, velut pietatis & eruditionis nidum affabre factum, magis magisque ipse sua manu & invicta arte velit struere & firmare, ne ullà invidorum technâ & venenatorum araneorum telâ destruat, aut bellorum tempestate disjiciatur, donec omnes cum posteris nostris longa serie non Ciconiarum, sed Christianorum pietate de-

te defuncti, cum tempus suum quemque
nostrum vocaverit, ad aeternas sedes e-
migremus. Amen.

Dabam in vestra civitate DUIS-
BURGO, III. Martij, Anno Salutis
CLO LXXIII. Inauguratae Academiae
VIII. Professionis meae VII.

Amplitudinum Vestrarum

Observantissimus Cultor

SAMUEL à DIEST,
Theol. & Philos. D. ac Prof.

† 4

LECTO-

LECTORI BENEVOLO

S. P.

HAbes tandem, Benevole Lector, Disser-
tatiunculas meas, de *Litis Sacra-*
mentariae inter Evangelicos Origine &
Progressu, de *Reconciliationis Necesitate & Pos-*
sibilitate, deque *eiusdem Mediis*: quas, in pri-
vatos tantum Discipulorum nostrorum usus
quondam certis disputationibus, levi penicillo
conscripseram; ast ubi præter meam expecta-
tionem discipuli eas huc illuc mittendo, ali-
quam iis famam confecerant, ut & hâc mitior
tempestate, (quâ Ecclesiæ Evangelicæ inimi-
citiâ suam sibi remittere, ac paci servire velle
spem de se faciunt,) aliis, in existimando pru-
dentioribus, placere inciperent, & hæc meæ pa-
gellæ viderentur sapere rem communem; &
proin disputationum exemplaria, quæ fort-
mihi reliqua erant, avidè expeterentur, ne
petentium desiderio amplius satisfacere possem
sæpe ad earum editionem, etiam à viris celeberrimis,
præceptoribus quondam meis honoran-
dis, instimulatus sum, qui non semel in diffi-
dium Evangelicæ Religionis, velut commu-
nem hostem me adhortati sunt, & avido alio-
quin pacis novam cupiditatem injecerunt.

Verunt

P R Æ F A T I O.

Veruntamen de felici hujus Reconciliatio-
nis, quâ ad conditiones mutuas & fide Christia-
na non indignas depaciscamur, successu, cum
metum potius, quam spem animo versarem,
hæc Argumenta, quæ paci dicerem, ne in lu-
cem ederentur, (timens de eorum periculo &
simplicitate, tanquam ad seculi nostri genium
forte non satis acuta,) suppressere apud me de-
finiveram. Nullam enim religionem mihi offe-
rebam, si alienior à partu meo factus, durius
de illo decernerem. Cogitabam enim apud
animum, (id quod apud quemvis liberrime
profiteor) quod Theologorum odia sint diris-
sima, quia infernum sibi invicem minantur, &
infernum metuunt, si, quotquot ab iis seorsum
sentiunt, odisse & in capita eorum execrari de-
sinant. Adeo ut istæ stellæ propemodum factæ
sint absynthium. Eo insuper eram sensu:
Concordiam fidei quidem quovis unione esse
cariorem, verùm esse unionem Cleopatrarum, quem
acetum, quod in pectore habent acuti vitiliti-
gatores, dissolvit, & absorbet, per invectiva-
rum vomitum eum non redditurum. Et si
quis Protestantibus ex bello otium conciliare
vellet, καὶ ἀνδρωπῶν loquor, sesquiseculi pro-
pemodum historia quasi de nullitate & vanita-
te protestatur. Ita extimescebam magnorum
† 5 † virorum,

P R A E F A T I O.

virorum, ad quos ego comparari nolo, fortunam in me transituram, ut meus quoque conatus excideret inanis. Accesserunt & variæ occupationes Academicæ, quæ me duplici Professione publice privatimque fungentem, ut omnes de opusculo hoc edendo cogitationes omitterem, velut alioquin ampliter occupatum, induxerunt. Cum primis verò, forte ictus piscator ipsemet, metum ostendere poteram, quando conatum meum ad exemplum optimorum Virorum revocabam, qui quod pacem inter aliquos conciliare, & res sive Ecclesiæ, sive Reip. sive Privatorum tranquillare, & amicis sine factione officia præstare voluerunt, ipsimet turbis sunt implicati, ac partium odiis destinati, ita ut quicquid irarum à litigantibus conceptum erat, in arbitri caput sit effusum. Hæc Evangelia, quòd pacem pronuntiarem, ne mihi quoque redderentur, tot exemplis, omniumq; ætatum memoriâ admonitus, in justum timorem perveneram. Felix enim quem faciunt aliena pericula cautum, temerarius, quem non propria.

At quum felix *Colloquij Cassellani*, An. 1661. habiti, successus meliorẽ spem mihi subjiceret, ac quasi redintegraret, multique εἰρηνοποιοὶ meam tergiversationẽ moramq; animadvertentes, crebrioribus

P R Æ F A T I O.

brioribus stimulis me fortius agerent, & *Celsissima Princeps Anna Collignio-Wirtembergica* per Rev. Virum D. Johannem Melletium, qui illi à concionibus sacris, creberrimis literis hujus opusculi mei maturationem exposceret; hæc crebra postulata, etiam illustrissimarum personarum, pro mandatis habēda censui: fatis hoc habens affirmatum, etiam viriculas meas religione sempiterna obligari, ut una cum robustioribus saxum illud discordiæ devolvant & amoliantur, ne diutius Ecclesiæ incumbat, & vel capita ejus vel membra, mole sua indies excrecente, comminuat. Proinde ejusmodi efflagitationum, quibus petebar, constantia me de voluntate Dei certiore reddidit, ut fiduciam acciperem, quòd Deo, qui *ἡ ἀρετὴ φάνης* & in dicendo quasi *δυναμίς* dissipat ac frustra habet, & contrà, potentiam suam in infirmitate perficit, visum esset etiam hac mea tenuitate, ad alliganda laceratæ Ecclesiæ vulnera, uti; ut forte & illa aliquem locum in medicaminibus obtineat, & dolori piorum profit.

Cœpi igitur animum meum huic negotio applicare, & Theologus fieri Medicus: num forte livore perfusis animis, & quasi regio morbo, (verum non à Rege Christo derivato) laborantibus afferre possem medicinam, num la-

cera

P R Æ F A T I O.

cera scissaque membra colligare, ejusq; vulnera oleo emollire potis essem: ô quantus mihi esset Apollo, qui tali malagmate duritiæ morbum emoveret! quanta mihi animus perfunderetur lætitia, si laceris membris feliciter consolidatis, scissisque naturali compage confociatis, corpus integrum, membris in unum conspirantibus, & ad corpus suum redeuntibus mutuaque officia sibi præstantibus, in Christo suo Capite, velut nova & magis decora specie exornatum, lætum tripudiaret! Adhæc continuo cogitavi quæ ad disputationum formam, rudi Minerva, in chartam conjecerã, limare, atq; illustrare. Quæ dum agito, iterum à *Rev. D. Melletio* attingit nuntius ipsis Cal. Jan. hujus Anni; quo non modo de variis quæstionibus me consulit, sed & denuo aciem meam trahit, quòd undique viri eruditi in negotio Irenico occuparentur, eorumque scripta, quibus novæ pacis conditiones ferantur, brevi essent proditura, ut *D. Mosis Amyraldi*, Professoris Salmuriensis, *D. Pauli Ferrij*, Pastoris Metensis in Lotharingia, *D. Samuelis Bochari*, Past. Cadomensis in Normandia, quodque Helvetij, Genevenses, multique alij in Germania, Anglia, Belgio, imo ipsi moderatiores Augustanæ Confess. Evangelici talia *ἄγωνα ἀσινὰ*, & duriores animos præmollientia, scripta adornarent. Hisce

P R Æ F A T I O.

Hifce tractus argumentis, cœptum opus non diutius exsequendum ratus, meque, nisi aut ignaviæ aut morositatis accusari vellem, ad opusculi editionem constrictum sentiens, tandem in ejus impressionem consensi; in quo licet multi, (quod tamen omen non adeo vereor, quia aliis me præstantioribus semper occurrit) plurima sint desideraturi, siquidem mihi ipsi neutiquam satisfecerim, qui multa addere, multa castigare, cruda ruminare, aspera polire, ubi aliquid otij ab re ordinaria mihi foret, maluissem; aliorum tamen placitis, non ut volui, sed ut, imperio temporum obnoxius, potui, morem gerere me oportuit.

Tu igitur, Benevole Lector, omnia æquibonique consule, quæ minus commodè prolata, & festinante calamo, interea dum prælum moveretur, conscripta sunt. Quam benevolentiam si expertus fuero, brevi, Deo volente, subjungam *Examen meum Irenicum Controversiarum Evangelicorum, ad Colloquiū Cassellanum*, in hoc Recōciliationis negotio quàm necessariū.

Divisi verò opusculum in Tres Dissertationunculas, retento Disputationum, quo primum inscriptæ fuerunt titulo: quarum argumentum ex subjuncto Præfationi Indiculo cognoscitur.

Prima Dissertatio seu Disputatio, quâ Originem

ginem

P R Æ F A T I O.

ginem & Progressum Litis Sacramentariæ, quàm compendiose potui, do, alicui forte in Reconciliationis negotio aliena videatur; quasi litem indagare, eandem esset renovare: mihi verò longe alia est mens; & ut scias, Lector, meam sententiam, en tibi ego peragam illam ex thesi XXIV. disp. 2. quâ probe apud animum cogitatâ, nemo arbitror illius Dissertationis utilitatem diffitebitur: sc. ut manifestum fiat; Quòd prima infelicis litis causa admodum exigua, nec totius Ecclesiæ, sed quorundam tantum illius Doctorum fuerit, nata primùm inter Lutherum & Caroloftadium, ob hujus, latitante Luthero, *reformationis continuationem, & imaguncularum dejectionem*, dein & inter illum ac Zwinglium atque Oecolampadium, *de intellectu verborum S. Cœnae, seu modo presentiae corporis Christi in S. Cœna*; Quòd Utraque item pars disputationis nimium fervorem & dissidij damna agnoverit, pacem affectarit, & solemniter non semel inierit, eâque, sine ulla legitima causa, summo Ecclesiæ dolore, inter Lutherum & Tigurinos ruptâ, Argentinenses, Bernenses, Basilienses, aliarumque Imperij Civitatum Ecclesiæ, ab inita concordia formula non recesserint, ac Lutheri Collegis litis renovatio displicuerit, ipseque Lutherus morti vicinus ad pacem

cem

P R A E F A T I O.

cem seriò inclinarit, pacisque consilia cum Melanchthone inierit; Quòd omnis præterea lis fuerit privata, & in verbis, ab altera parte aut maleintellectis, aut perperam inverfis, constiterit, in re ipsa verò fuerit consensus; Quòd nulla etiam Luthero cum Calvino lis intercesserit, sed ille Calvinum deprædicarit, ac optime de eodem senserit. Quæ autem, post fata Lutheri, de *Adiaphoris*, de *Melanchthonis doctrina*, & *Confessione Augustana Recognita*, de *Ubiquitate*, aliisque rebus partim enatæ, partim jam sepultæ resuscitatæ sunt controversiæ, quòd à paucis inquietis, & ἀκαταστάσις ἀμαρτίας in Reformatæ Ecclesiæ pacem, hominibus, Flacio Illyrico, Brentio, Jacobo Andreæ, dolentibus & reclamantibus etiam ipsis Augustanæ Confess. Evangelicis, per multas artes fraudesque in Ecclesiam introductæ, propriè non (ut loquuntur) Lutheranorum & Calvinistarum, sed ipsorum Confessionis August. Protestantium fuerint; quamvis postea illi Augustani, qui Brentij & Jacobi Andreæ ficta dogmata & ἐπελοθρησκείαν recipere, eorumque placitis subscribere nolebant, Zwinglianismi & Calvinismi ab ipsis accusati fuerint, illique fratres germani etiam infesta sua arma in Reformatos converterint, & multiplicatis, (ut plausibilioris, majorisque

P R Æ F A T I O.

jorisq; popularis contentions esset materies) cō-
 troversis, novas de *Prædestinatione Perseverantia*
& Certitudine salutis, Baptismo, Templis, Imagini-
bus, & Organis, lites (ut disp. 2. thes. 3. diximus)
 fecerint; hasq; lites tantâ vehementiâ & *πνευμα-*
τικῆ disseminarint, ut quæ privata quorundam
 tantum Doctorum hæctenus fuerat lis, publica
 & omnium, maximo Ecclesiæ schismate, atque
 innocentium, & qui vel tantillum istos suæ fi-
 dei Dominos detrectabant, persecutione, fa-
 cta fuerit; Adeoque quòd hæ privatæ primùm,
 & quorundam Doctorum lites (quas Utraque
 Pars variis colloquiis & literis sæpe composue-
 rat, & denuo inter quosdam non omnes refo-
 cillatas Lutherus morti vicinus Melanchthoni
 sopiendi negotium dederat,) malè deinde o-
 mnium Evangelicorum factæ fuerint; quòdque
 pejus sit, easdem post Lutheri mortem accre-
 visse, ipsosque etiam Lutheri discipulos à se in-
 vicem distraxisse, magnumque Ecclesiæ schisma
 fecisse; pessimum verò sit, in iisdem litibus
 etiamnum perdurare, illasque à paucis excita-
 tas etiam immerentibus & deprecantibus inten-
 tari. Nam cur quæso infelicia dissidia, quæ
 Lutherus literis ad Helvetios sæpius à me, disp.
 I. allegatis, atque alij alibi non semel deplo-
 rarunt, omnesque *ἐκ γενεαιοτάτου* adhuc deflent, ef-
 sent

supplior

P R Æ F A T I O.

sent nutrienda ac propaganda? cur non potius concordia, quam Lutherus ex animo, Deum etiam testem vocans, sæpius expetivit, summaque lætitia inivit, quamque ruptam Melancthoni resarcire mandavit, amplectenda, imitanda, ac promovenda esset? Nonne præstaret favores ampliare, & odia restringere, & missa atque oblivioni tradita quorundam Doctorum lite, publicam ab iisdem aliisque sancitam concordiam persequi, inque iis potius voluntati divinæ obsequi, quam, contra eam, pacem odisse, & dissidia amare, illi resistere, hæc propagare? Imo cur quæso ad pacem à Luthero, Zwinglio aliisque approbatam provocantibus, eadem denegabitur? Quam impium est, (*verba sunt DD. Rintelensium in sua Declaratione Colloquij Casselani, ab initio*) quos æque ac misericordiæ suæ fontes, æque ad hæreditatem regni cælorum admittit Numen, eorum alios ab aliis inconsiderate & odiose damnari?


Hæc, sepositis præjudiciis, æqua lance, quisquis es, Benevole Lector, quæso pondera, & mecum precare ad Deum, ut consilium meum obtineat *πολυλοπίαν & πανί' τοπίαν*, quo Christi corpus faucium & velut diffusum sentiat medicinam, omni etiam cicatrice expletâ: ut plaga, visibilis Capitis, (quod Romæ, velut

††

CV

I N D I C U L U S

ἐν λόπῳ κρουίς, ubi Christus crucifigitur, situm esse creditur) fiat visibilior, insanabilis, & mortifera, idem tandem agnoscat ac doleat; Hoc esse verum corpus Christi, quod tot anathematum novaculâ Bestia à se abscidit, quodque signum corporis Christi, mutuum nempe amorem, insculptum habet; *in*, *cum* & *sub* quo Christus continetur. Hæc stigmatu Jesu, velut honestissimas notas, σημεῖον filij hominis gestemus in terra, quo quando apparebit in cœlo, redempti ex omnibus tribubus pacifici non plangamus, sed exultemus. Amen.



I N D I C U L U S

D I S P U T A T I O N U M.

D I S P U T. I.

LUTHERUS, strenuus veritatis ἀρχιπαιστής, Ecclesiam Christi, à crassissimis Papatus erroribus vindicans, ad Pontificis tribunal vocatur, ut ibi oraret causam hereseos: verum cum hoc teneri nollet vadimonio, anathemate percutitur, & ab Imperatore proscribitur ^{thesi 1. & 2.}; Proscriptus in Castro Warburgensi occultatur ^{3.}; ex

DISPUTAT. I.

ex quo, auditâ Carolostadij Reformationis conti-
 nuatione, se proripiens, illi vehementissime contra
 adversatur 4. Carolostadius, ira Lutheri cedens,
 desertâ Wittenbergâ, Orlamunda Ministerium
 suscipit; sed biennio post Ienâ recrudescens, bello
 Sacramentario Germaniam illigat 5.; cui & Helve-
 tij immiscentur 6. Hinc Zwinglij Reformatio,
 ejusque ut & Carolostadij sententia verborum S.
 Cœna datur 7. 8. 9. Ex quo dissensu varia Lutheri,
 Zwinglij, ac Pomerani scripta Sacramentaria ena-
 scuntur 10. Oecolampadius etiam Basileæ voce &
 scripto docet, cui se opponunt Suevi, & inter illos
 Brentius 11. Strasburgenses, & ex illis primus Bu-
 cerus, litem componere student; Carolostadius quo-
 que se Luthero purgat 12.; at mox pluribus & acer-
 bioribus scriptis certatur, & lis cum ulteriore Re-
 formatione latius propagatur 13.; quæ deploratur 14.;
 unde verus ortus & progressus litis Sacramentarie
 deducitur 15.; quæ, Dei gratiâ, in Marpurgensi
 Colloquio componitur 16., cui præmittitur narratio
 de Protestantium origine 17., & de quatuor Con-
 fessionibus, Augustana, Strasburgensi, Basiliensi,
 ac Zwinglij, Casari exhibitis 18. Colloquium Mar-
 purgense porro describitur 19., ejusque articuli re-
 censentur 20. Varietas autem dictarum Confessio-
 num, Casari exhibitarum, non effecit, quo minus
 Protestantes in societate manerent, sed eadem postea
 observata

I N D I C U L U S.

observata & confirmata fuit ^{21.} : ubi occasionaliter
de Zwinglij morte ^{22.} , & *Tigurinorum afflicto sta-*
tu agitur ^{23.} . Et quamvis subinde inter *Marpur-*
gensem & Wittenbergensem concordiam eristica
quaedam scripta eduntur ^{24.} , alij tamen , (qua in re
Strasburgenses , & ex iis *Bucerus* reliquis palmam
præripiunt ,) *fraternitatem servant* , & *litigantes*
componere student ^{25. 26.} , donec *Partes in conven-*
tum Isenacensem consentiunt ^{27.} , & *Wittenbergæ*
denuo concordia confirmatur ^{28. 29.} : Cui concordia,
ope Capitonis & Buceri , post multam *consultatio-*
nem , *Helvetij associantur* ^{30. 34.} . *Hæc Wittenber-*
gensis Concordia variis dein Conventibus & Collo-
quiis firmatur ^{35.} : ubi *Calvini consensus obiter in-*
ducitur ^{36.} . Ast hæc *Concordia per Lutheri bre-*
vem confessionem rumpitur ^{37.} , *causæque illius ru-*
pturæ examinantur ^{38.} , *Bucerus & Calvinus mo-*
nent Helvetios ne Luthero fidem frangenti responde-
ant ^{39.} . Ob hæc autem *renovatam litem* , eamque
intra verba consistentem ^{40.} , & *privatam* , *Prote-*
stantium societas rupta non fuit , eademque *Lutheri*
collegis admodum displicuit ^{41.} , nec *Calvinus hæc*
litem fecit suam ^{42.} , quin ipse *Lutherus morti vici-*
nus pacem resarciri curavit ^{43.} . Post fata deinde
Lutheri , *externæ ab Imperatore* , ob libellum *Inte-*
rim , *illatæ persequutiones* , *interna Ecclesiæ dissidia*
aliquatenus comprimunt ^{44.} , donec *pax Ecclesiæ do-*
nantur ,

DISPUTAT. I.

nantur, qua nulli confessionis Aug. socij excluduntur 45. Durantibus illis persecutionibus litem de Adiaphoris movet Flacius Illyricus 46. qui deinde & Melanchthonis doctrinam, ejusque Recognitionem Confessionis August. accusans, schismate ipsos Lutheri discipulos distrahit 47. ; mox & Westphalus, magnas lites excitans, primus Calvinistarum odiosa nomina in orbem introduxit 48. ; quibus deinde aliis accedentibus, magnum ortum est dissidium 49. Flacius excitato inter Lutheri discipulos schismate, etiam in Zwinglij discipulos, à Westphalo impugnatos, impetum facit, eosque pace ab Imperatore concessa excludi ac condemnari vult 50. ; Hinc dissidia Evangelica mox latius serpunt, variaque scripta eristica eduntur, Heidelbergæ quoque inter Heshusium & Clebitium vehemens lis exoritur, ubi Melanchthonis consilium exploratur 51. . A morte Melanchthonis Ecclesie turbones, Ubiquitatis, aliorumque dogmatum introductione, horrendisque persecutionibus, Ecclesias Germania, Hungaria, Bohemia, Prusia, Polonia, Dania, Gallia, Anglia, Belgique miserrime affligunt 52. : non tamen Ubiquitas omnibus Augustanis obtrudi potest 53. : Heidelbergæ etiam magna inter Partes habetur disceptatio; Ienenses Zwinglianos excludi à Principibus petunt; variaque scripta Partium iterum propalantur 54. . Protestantes malè ob tur-

†† 3

bas Ec-

I N D I C U L U S

*bas Ecclesie audientes, Augustanae Confessioni de-
 nuo subscribunt 55.; Ubiquitas à Brentio & Jaco-
 bo Andreae propagatur 56.; Litibus remedium qua-
 ritur 57.; at pergunt Patres Ubiquitatis libris ubi-
 quitisticis mundum replere, atque Aldenburgi con-
 tra Wittenbergenses & Lipsenses disputant; sed
 quum palam nil possent, deliberant fraudibus, mul-
 tisque artibus negotium perficere, ac primum hu-
 manissimis verbis atque eumentis promissis, (nul-
 lam de Ubiquitate, nullamq; sinistram de Melanch-
 thonis doctrina mentionem facientes,) multos im-
 prudentes, solo concordie promovende pretextu, ad
 se pelliciunt, deinde ab aula Saxonica conventum,
 quo de concordia ageretur, obtinent Dresdensem;
 ast ubi illic, praeter spem, Wittenbergensium doctrina
 confirmatur, accusant eos Zwinglianismi & Cal-
 vinismi; mox, quindecim numero, Torgae Con-
 cordiae formulam consarcinant, qua Zwinglij ac
 Calvinii sententiam condemnant, atque Melanch-
 thonis ac Confessionis August., ut incautos oppri-
 mant, nomine adhuc utuntur; cui formulæ omnes
 subscribere adiguntur, ac Wittenbergensibus renu-
 entibus, quatuor ex ijs in exilium aguntur, alij in
 carceres detruduntur. Fugatis Wittenbergensibus
 Iacobus Andreae, abjecta larva, quid cum ijs,
 cum quibus factionem ubiquitisticam clam compa-
 raverat, in senu gesserat, palam faciens, conqueritur*

DISPUTAT. I.

in dicta formula Melanchthoni esse parsum, nec Ubiquitatem stabilitam; quare novâ formulâ Torge a sex lexicis Ubiquitas proceditur: verum quum & illa repetita formula multarum Ecclesiarum & Academiarum censuris subjiceretur, iterum concursant in Monasterium Bergense, ibidemque famigerabilem illum Librum concordiae, mitigatis quibusdam loquutionibus durioribus, in propria causa, inaudita altera parte, ad umbilicum perducunt, cui omnes Saxoniae Doctores subscribere adiguntur. Qui liber uno aut altero anno post editus, plurimos experitur non modo censors, sed & maximas turbas in Saxonia, Palatinatu & Hassia dat; quin & ipsi Patres Ubiquitatis inter se committuntur, alijs Universalem, alijs Particularem Ubiquitatem amantibus; hinc sine modo & sine lites disseminantur; donec in initio hujus seculi nostri XVII. civile Germaniae bellum easdem aliquatenus suppressit⁵⁸. Flacio Ubiquitatis Patre, ejusq; Apostolo Andreae, turbae suae tandem infeliciter cedunt, ac solum vertere ipsimet coguntur, frustra Ubiquitatem omnibus obtrudere annitentes, & contradicentes condemnari, paceque ab Imperatore concessa excludi, desiderantes; quum Ubiquitas indies magis magisque in ridiculo esse coeperit, atque Reformati varijs Comitibus, ut & nuperrimo Osnabrugensi, socij Confessionis August. agniti, & pace expressè comprehensi fuerint⁵⁹.

INDICULUS

DISPUTAT. II.

UT omni tempore varijs colloquijs, velut Heidelbergæ, Mulbrunæ^{2.} Mompelgardi^{3.}, Lipsiæ^{4.}, concordia tentata est, sic etiamnum plurimò Utriusque Partis Evangelici, pacem Religiosam exoptant, illiusque medijs student^{5.}; quos inter & Ego eandem avide desiderans, necdum plane de Reconciliatione despero, sed ut Deum corda ad unionem flectere posse, sic neutri parti Reconciliationis media, quibus Deus uti vult, negligenda esse arbitrator^{6.}, ob ejusdem tum Necessitatem, tum Possibilitatem^{7.}; Necessitatem quidem à mandato divino, fructu pacis, dissidij damno ac scandali periculo deducens^{8.....12.}, Possibilitatem autem desumens ab aliorum facta reconciliatione, de quorum exemplo nil prohibet quin edificemus & Nos; ut primùm à Marpurgensi, Wittenbergensi, & Helvetiorum conciliatione^{13.}, ubi occurritur objectioni de multiplicatis nunc controversiis^{14. 15.}, & magnis hodiernis præjudicijs^{16.}; secundò à Polonorum ac Bohemorum unione^{17...19.}; tertio à Gallorum exemplo^{20.}; quartò à Politicorum pace^{22. 23.}; quintò à Litis Sacramentariae exigua, nec justa causa, ejusque qualitate, alijsque rationibus^{24.}; ultimò à nuperimo Colloquio Cassellano, quod per Appendicem integrum apponitur.

DISPU.

I N D I C U L U S

DISPUTAT. III.

SUmmum Reconciliationis Medium sit Divini Numinis invocatio ^{thes. 2.}, Subalterna media, alia in Pacis Præparatione, tum Animorum, tum ipsius Reconciliationis, alia in ejus Consummatione per Universale publicum Colloquium, instituantur 3. 4. Animi præparentur Convitiorū ac Dissidij ulterioris intermissione, ubi Ecclesie Doctores ac Magistratus sui officij, in iisdem interdicens, admonentur 5. 6. ac docetur, convitia, litesq; plane esse illicitas, & ab ijs studiosè omnibus, maxime Ecclesiarum ac Scholarum Doctoribus abstinendum, certumque in docendo ac Controversias tractando modum observandum 8., atque Refractorios debitâ pœnâ refrenandos esse; (ubi laudatur Sereniss. Elect. Brandenburgici duplex Rescriptum Irenicum, quæ integra exhibentur 9.). Cum rigidis autem ac convitiantibus hominibus, quamdiu ad concordiam animi ipsorum preparati non sunt, pacem Evangelicam, de qua agimus, iniri non posse 10.

Animis preparatis, ipsa Reconciliatio auspicianda sequitur Particularibus Collationibus 11., quæ Universali Colloquio ob multas rationes sint præmittendæ 12.: eaque primùm quomodo instituendæ, deinde, quid seu quæ controversiæ

I N D I C U L U S

versie in ijs tractanda, tertio qualis pax vel consociatio sit ineunda, examinatur ^{13.}

I. Instituendæ sunt quacunque meliori ratione, *modo Colloquio, modo Epistola, modo Scripto Irenico, idque vel privatim vel publicè, (ubi & de D. Duræi peregrinatione, & D. Melle-tij modo per epistolam agendi, dicitur) quomodo & Concordia Wittenbergensis, & Helvetiorum ad eandem associatio, preparata fuit* ^{14.} : Et quamvis *hic certa media omnibus præcise servanda dari nequeant, consultissimum tamen fuerit, ut à minori ad majus, à privatis ad publica, procedatur, & initium faciant Evangelici Utriusq; Religionis, qui aut in eadem civitate, aut in una dicecesi, provincia, territoriove, aut in vicinia degunt, aut ullam aliam colloquendi occasionem habent, atque inter se particulariter de Reconciliatione agant, dextrasque fraternitatis jungant; qui privata sua consociatione plures æmulantes, etiam publicis Colloquiis in particularibus provincijs vel principatibus, ubi utraque religio obtinet, occasionem dabunt, (quale fuit Colloquium Cassellanum) & his publicis suis Colloquijs Vicinos, aliosque sponte ut æmulabuntur, sic & ad similem societatem fraternæ, ad exemplum Polonorum ac Hassorum, invitabunt, ut & tandem illi, qui diversis subsunt Magistratibus, Evangelici associantur* ^{15.} Hic laudatur

datur

DISPUTATA III.

datur illa pars, quæ alteram in pace offerenda prævenit^{16.}, laudatur & ille modus agendi, sicut Augustani, jam in pacem proclives, alios Augustanos ab eadem adhuc alienos, & sic Reformati Reformatos, ad pacem disponere allaborent^{17.}

II. In Examine Controversiarum, primùm status controversiæ legitimè formetur, non ex particularibus scriptis eristicis, sed ex publicis confessionibus. deinde controversiæ non multiplicentur, non affingantur alteri parti sententiæ alienæ, nec per consequentiam non agnitam eidem invita dogmata affingantur; eaque occasione de consequentijs aliquanto uberius agitur: tertio disputationibus immodicis controversiæ ne augeantur: quarto numerus, & qualitas earundem examinetur^{18.}; Numerus ex antea actis colloquijs irenicis hauriatur^{19.}, quoad Qualitatem, controversiæ aut sunt circa cæremonias, quæ, indagata earum origine, in tria genera distinguuntur, aut circa doctrinam; ubi inconsulta judicatur de Articulis fundamentalibus disputatio; atque probatur, S. Scripturam, quædam omnino ad salutem necessaria studiosissime inculcare, quædam minus necessaria habere, in quibus nævus vel ignorantia aliqua sit toleranda, quædam velut non necessaria rejicere; & sic posse Evangelicorum Controversias, examinari, An ad primum pertineant genus, quod nobiscum moderatiores Augustani negant,

INDICULUS DISPUT. III.

negant, An verò ad secundum & tertium, quod affirmant^{20.} : idque ut palam fiat, aut ex Colloquio Cassellano cognoscatur, 1. quis inter partes sit consensus, 2. quis dissensus, 3. qualis ille dissensus sit, an fundamentalis, talisq; quæ futuram consociationem impediatur, nec ne; (quam Methodum observandam esse D. Melletio respondetur^{21.}) aut Colloquio Cassellano jungantur articuli concordie Marpurgensis, Wittenbergensis, Polonica, Bohemica, alteriusve, aut Augustanorum Confessiones cum Reformatorum fidei Symbolis conferantur^{22.23.} Hic subjungitur iudicium Facultatis Theol. Ultrajectinae^{24.} Qui hic dissensum inter Partes fundamentalem esse clamitant, aut præterea scriptis eristicis, pacis consilia turbant, cum his consociatio iniri nequit^{25.26.}

III. Quod Qualitatem pacis religiosæ attinet^{27.}, Non intenditur hic 1. Religionis Mixtura^{28.}, quamvis Partes, in casu necessitatis, ad reciprocam Verbi & Sacramentorum communionem admitti queant^{29.}, nec 2. consensus in formulam aliquam Generalem^{30.}, nec 3. doctrinæ οὐμϕώνησις^{31.}; Sed talis tantum Reconciliatio intelligitur, qua 1. utrinq; concessa stabiliantur, 2. dissensus toleretur, 3. fraterna societas constituatur: quæ singula locis scripturæ & rationibus probantur^{32.} Ultimo loco, Reconciliationis Consummatio publico Universalis Colloquio perficienda dicitur^{33.} Quibus tandem subjicitur brevis Conclusio.

ACCLA-

ACCLAMATIONES,

I N

Clarissimi Doctissimique Viri,

D. D. SAMUELIS DIESTII,

Dissertationem Historico-Irenicam,

De

LITE & PACE RELIGIOSA

EUANGELICORUM.

I.

PAcis amans, hominumque studens, placidissime **DIESTI**,

Dimidiumq; animæ, perfugiumque meæ;
Sylvarum vastis animantibus esse putabam

Ingenitum bellum, cornipetisque feris:
Nunc homines coeunt adversis frontibus ipsi;

Ac inter sese prælia semper agunt.

Jamque novis rixis animandis ducitur ætas,

Et multum dubiæ pectora noctis habent.

Olim cum terris rerum se panderet ordo,

Præcipites error densior egit avos;

Verbo vix studiis illucescente renatis:

Et primum veri præpetis omen erat.

Nunc **SAMUEL** Christum populis demonstrat a-

Ac geniū seculi se expedientis habet. (per te;

Fratrum componit lites, ac schismata sanat.

Qui legit hunc, Nostris conciliatus erit.

Singula quæ noster molitur **DIESTIUS** inquam,

Sunt nivæ Pacis, sunt pietatis opus.

O si

O si nunc spatiis errans plebs una coiret!
Quantus amor veri, quam foret una Fides!

Collega suo Honorando,

PAULUS TERHARIUS, Histor. Eloq.
& Græc. Ling. Profess.

* * * * *

II.

Ardua quam tentas res, præstantissime Frater,
Et magno labor est dignus honore tuus.
Exigit hunc agitata malis Ecclesia mater
Præduris; idem commoda magna dabit.
Temporis ut nunc est ratio, magis utilis alter
Quisnam? quid pace hac sanctius esse potest?
Romano coelo est æquata potentia sedis;
In summoque apice est; altius ire nequit.
Illius exitio fatum nunc imminet urbis;
(Omina quippe ferunt) & ruitura brevi est.
Id maturabit Christi genuina propago,
Pectora si jungat, jungat itemque manus.
Fœlices, quibus hic liceat superesse, fugatis
Unio cum rixis præstò erit hisce procul.
O bene quam meritum! quis laudibus efferat æquis
Hæc qui animo volvit; quemque ea cura tenet?
Quique datâ litis causâ, mediisque juvandi,
Distractum coetum consociare cupit?
Faustis perge avibus: successibus ille favebit,
Frater, qui ceptis adfuit hisce piis.

Suo fratri affini charissimo,

WERN. GODEFRIDUS PISTORIUS,

V. D. M. in Wichien.

Summi

III.

Summi parentis sacrosancto numine
 Prognata, terrisque agere dudum Veritas
 Assueta, sævos in latrones incidit.
 Nec mora, pudendis obruunt centonibus
 Vestem, nefandis inquinantque sordibus
 Vultum verendum; quin petendo sæpius
 Etiam ense stricto fauciant lethaliter,
 Redduntque sylvæ se vagis recessibus.
 Fortè, ecce, prætereunt duo Machaones,
 Curamque suscipiunt misellæ feriam
 Simul. Profunda conspicati vulnera,
 Nimiam pericli magnitudinem tremunt.
 Tentant uterque. Sed prior malagmata
 Dum usurpat, alter acriora postulat,
 Motâ calentes bile, duras, flebiles
 Contentiones invicem, proh! suscitant.
 Quid fit? Triumphat omnis inde dæmonum
 Cohors; sophista ridet, & cui pectore
 Deus recessit: immò, quod vix crederet
 Quisquam, scelestas qui manus injecerant,
 Ipsi reversi, litibusque cognitis,
 (Vah, belluinum genus & ore ferreo!)
 Miris feruntur gaudiis, & ilia
 Pulsant cachinnis alta ad usque sidera.
 Non sic, salutis cura queis est provida,
 Frui coruscâ luce vel desiderant:
 Illi dolore fermè inenarrabili

Pressi,

Pressi, supinas usque tendunt dexteras
Deo, rogantes, ut suum per Spiritum
Ambos beatam ducat ad concordiam.
Tum pro virili parte sudant plurimi,
Secessionem rursus ut consopiant;
Seu voce vivâ mitigantes asperos;
Seu quoque libellis edocentes publicis,
Quàm Christiano nomini sit utile
Illud futurum, quàm leve & præstabile.
Hos inter (ausim dicere) effert **DIESTIUS**
Caput; legendus diligenter omnibus,
Pacem Sioni qui precantur auream,
Et Veritati sanitatem pristinam.

Amico suo integerrimo,

PHILIPPUS MUNKERUS
Schol: Arnhem: Regens.

DISPUTATIO

DISPUTATIO PRIMA

De

LITIS SACRAMENTARIÆ INFELICI ORIGINE ET PROGRESSU,

Publicè ventilata xv. Julii, Anno cIdcIdlx.

Respondente,

JOH. CRUSIO, Huckeswago-Montano.

THESIS I.

UT nunquam Deus Ecclesiam suam ab Anti-Christo plane debellari passus est, quin strenuos omni memoria, qui adversus resisterent, in illum concitaverit sui zelotas, ac *Veritatis Testes*, Orthodoxiæ, statim atque in periculo esse cœperat, vindices ad omnia interritos; (quos quidem in *Catalogum* collectos, *Matthias Flaccius Illyricus* suis reddidit temporibus:) Sic & *Seculo* vi. per Lutheri & Zwinglii, illosq; subsequentiū Doctorū ministerium, Lucem Evangelii, Papatus caligine, quam circa septicollis civitas effuderat, & tantum non universā rei faciem abstu-

A

abstu.

abstulerat, discussâ, denuo exoriri, & veritatem, in injustitia detentam, clarè emergere fecit.

II. MARTINUS LUTHERVS, Anno Æræ Christianæ vulgaris 1483. 10. Novembris, natus Islebiæ, oppido ditienis Mansfeldicæ, ex Monachatu Augustiniano (quo jam sedula S. Codicis meditatione & Augustini lectione, Papalis doctrinæ vanitatem, in non uno articulo deprehenderat) in Academiã WIT-
TENBERGENSEM, recens apertam, Año 1508. ad Philosophicam, & Anno 1512. ad Theologicam Professionem vocatus; mox Psalmos Davidis, Epistolam Pauli ad Rom. & Gal. explicans, cœlesté veritatem Auditoribus suis instillat, & legē, cum Evangelio confusam, meliori acumine ab invicem distinguendo, atque doctrinam de Pœnitentia, Fide, & Remissione peccatorum, à crassissimis erroribus liberando, sensim Scripturæ suã lucem ac conscientiiis solidam consolationem restituere, sacrisq; literis revelatam

tam

tam doctrinam à communibus Scholarū erroribus vindicare, felicissime auspiciatur: Papæ vero reverentia necdum ejus animo excefferat, ut quicquam gravius in ejus numen diceret, nec ejus Reformatio per Germaniam increbuit, donec An. 1517. Leone X. Pontifice Romano, missis per omnia regna diplomatis, Peccatorum remissionem, seu Indulgentias, pecuniis (contra manifesta Scripturæ loca, *Matth. 10. 8. Esa. 55. 1. Apoc. 21. 6. cap. 22. 17.* præterquam quod nulla Sanctorum, sed solum Christi meritum, peccata expiet) venum exponente, impudenti nundinatori, & ad Romanæ sedis quæstum callido Apostolo, Teceio fortiter se opponit, populum pro concione non tantum monet, ne res nihili magno ære comparent, & ut Esaiæ (loco allegato *ψ. 2.* verbis utar, *Ne expendant pecuniam pro nullo cibo, & laborem pro re minime satiatura,* sed & publica disputatione in hunc mercatum, toti mundo indictum, multa invehitur, eaq; occasione strenuè

A 2

strenuè utens, alia dogmata, successu
 temporis, à corruptelis vindicat, & Re-
 ligionem restaurat. Quare à Leone X.
 Pontifice Romam citatur, sed, Electore
 Saxonix illius deprecatore, Romã pro-
 ficiscendi necessitate solutus, Augustam
 Vindelicorum, Cajetano Pontificis Le-
 gato rem suam expediturus, sequente
 Anno 1518. proficiscitur: at eodẽ ipsius
 apologiam ne audire quidẽ sustinente,
 sed errorẽ (uti ejus reformationem vo-
 cabat) ejurare tantum jubente, ac malũ
 ipsi excoquente, primò ad Concilium,
 deinde ad Pontificem provocans, dis-
 cessit: sed & Pontifex legati sui iniqui-
 tatem imitans, Lutheri supplices literas
 & justissimas excusationes repudiat, eũ,
 hæreseos damnatũ, anathemate percu-
 tit, ab Electore Friderico eundem capi-
 te plecti petit, à quo repulsam passus,
 Carolum V. Imperatorem tamdiu fati-
 gat, ut tandem Lutherum, ac ejus libros,
 omnesque illi faventes ac operam suam
 communicantes, Anno 1521. 8. Maji,
 publico

publico edicto proscriberet, & exspirato
Wormatiâ domum proficiscendi con-
cesso termino 21. dierum cuilibet illum
capere, inque suam potestatem redigere
injungeret (a)

III. Lutherum, à Cæsare proscriptû,
Fredericus Elector, cû de ejus periculo
timebat, in locum secretioré, & à fre-
quentia hominum remotum, Castrum
sc. Wartburgense, prope Isenacum, (quâ
suam Patrum & Eremum Lutherus ap-
pellabat) clam deducit, & adeo tacitum
eum habet, ut ne Magi, à Pontificiis con-
sulti, latebram ejus divinare potuerint.
In quo delitescens, non desistit tamen
epistolis Amicos suos consolari, & hor-
tari, Fratresq; Augustinianos Witten-
bergenfes, cum primi Missam abrogare
A 3 cœpif-

(a) Vid. Sleidan. de Statu Relig. & Reip. lib. 1. 2.
& 3. à pag. 1. usq; 67. Bucholc. Indic. Chronolog.
Anno 1483. 1508. 1512. & 1517. . . . 1520. Mel-
lific. Hist. Lampad. Part. 3. pag. 422. Henr. Alting.
Prolegom. Syllabi controvers. cum Lutheran. Joh.
Lati Comp. Hist. p. 319. Luther. Oper. Germ. tom. 9.

coepissent, in proposito perseveratione, edito de abroganda Missa libello, confirmare: uti & jussu Electoris Friderici, quatuor Academiae Wittenbergensis ablegati, Justus Jonas; Phil. Melancthon, Nicol. Amsdorffius, & Joh. Dulcius, cum Augustinianis de Missae abrogatione collocti, ab eodem Electore, non in uno solũ templo, sed in omnibus locis, tantae impietatis abolitionem, & veri Coenae usus, juxta Christi institutũ & Apostolorum morem, restitutionem petierunt. (b)

IV. Quare Wittenbergenses Theologi, velut fideles Operarii, latitante D. Luthero, ab ipso incoatum Reformationis opus, pio zelo conficere ampliter sunt occupati. Nam ANDREAS BODENSTEINIUS CAROLOSTADIVS, Lutheri Collega, ac ejus quondã promotor (qui ipsi Theologiae gradum contulerat) Archidiaconus & Verbi Divini Minister
Wit-

(b) Sleid. p. 67. 68. Bucholc. Ind. Chr. An. 1521. seu p. 483. editionis quarta An. 1616. Lat. p. 392.

Wittenbergenf. ope trium Electoralium
 Confiliariorum, cum Symmiftis fuis, qui
 & Lutheri collegæ erant, Jufto Jona, Jo-
 han. Dulcio, Hieronymo Schürpfio, Ni-
 colao Amsdorfio, & Phil. Melanchtho-
 ne (quorum quatuor cum Auguftinianis
 Fratribus Colloquium de Miſſæ abroga-
 tione antea habuiſſe, theſi præcedenti
 diximus) *Miſſam, Diei Veneris abſtinen-
 tiam à carne, Cultum Imaginum, Confeſſi-
 onem auricularem, & Papifticos quofdam
 ritus abrogant, & cœnã ſub utraq; ſpecie,*
 ut loquebantur, adminiſtrant. Quod
 cum Luthero, poſt decem menſium ſũ-
 ma taciturnitate in Caſtro Wartburgen-
 ſi occultationem, ſub initium ſcilicet ſe-
 quentis An. cId Idxxii. innotefcit, æ-
 grè ferens, Caroloſtadium ſe inconſulto
 hanc reformationem inſtituiſſe, ſine E-
 lectoris Saxonix conſenſu è ſua Patmo
 Wittenbergam reverſus, vehementiſſi-
 me ejus Reformationi octo publicis in-
 vectivis concionibus reſiſtit. [c] De

A 4

his

[c] Mellif. *Part. 3. p. 445.* Sleidan. *l. 3. p. 71. 72.*
 Bucholc. *Ind. Chron. An. 1521. p. 489.*

his etiam ipse Lutherus sic * scribit ,
 Auff Sonntag Lætare im Jahr 1522. hab ich
 Carlstätten erzörnet / weil ich seine verordnung cas-
 siert, ob ich schon die lehr nicht verdampft / als nur
 das mir mißfällt / daß er in den ceremonien allein/
 und in dem äussern ansehen gearbeitet hat / und in
 dessen die wahre lehr / das ist / glaub und liebe nicht
 geachtet. Dann durch sein unfügliche manier
 hatte er das volck dahin geführt / daß es durch diese
 nichtige ding / wann es under beyden gestalten das
 abendmahl hielte / dasselb berührte mit den händen /
 wann es nit beichtet / wann es die bilder zerbräche /
 sich vor ein Christen hielte. Quasi vero exter-
 na internis respondere nequeant; uti e-
 tiam debent.

v. Atq; hæc est *prima infelicis de Sa-
 cra Cæna dissidij origo*, An. Christi 1510
 XXII. *Wittenbergæ* inter Carolostadium
 & Lutherum enata. Hac verò re Lu-
 thero valde irato, *Carolostadius* Witten-
 bergâ secedens, quum *Orlamundæ* mini-
 sterium suscipere, ibidemq; & in vicinis
 locis, pro sententia sua, quam Lutherus
 impugnaverit, propugnaret, ac Lutheri
 mentem

* 2. part. epist. ad Caspar. Guttolium, conf. Oper.
 Germ. tom. 9. fol. 145. 146. 148. 151.

mentem perstringeret, Lutherus biennio post An. c^lo I^o xxiv. ab Electore Orlamundam, & in vicina loca mittitur, ut suis concionibus populum in veterem reduceret viam: qui cum illa occasione, 22. Augusti, *Fenæ*, Caroloftadium acerbissimo colloquio aggreditur, quodque suam doctrinam Ecclesias contristasset, accusat; Caroloftadius, se scripto contra Lutherum, quod de Sacram^{en}to docuerat, defensurum pronunciat. Ad hæc Lutherus multis adstantibus, aureo, velut authoram^{en}to, deprompto, Caroloftadium ad bellum sacramentarium, scriptis publicis fovendum, provocat animatq; & Caroloftadius eodem arrepto, & in sacculum abscondito, promptum Antagonistam exporrectam manu se offert, & Luthero sibi vicissim haustum propinanti mox eodem respondet. [d]

VI. Quæ scandalosa duorum horum Doctorum controversia, privata quam-

A 5

vis

[d] Luther. *Oper. Germ. W. ttemb. tom. 9. 209. 210. 211. conf. f. 219.* Lavateri *Hist. von dem streit in des Herren nachtmahl fol. 3.* Bucholz. *Ind. Chr. An. 1529.*

vis fuerit, nec de ea palam fieri debuisset, dum tamen Evangelium, eodem tempore, etiam in *Helvetia*, à Zwinglio Tiguri, & Oecolampadio Basileæ, annunciat, primiq; illius Reformatores verba Institutionis S. Cœnæ aliter ac Lutherus interpretantur, atq; Carolostadius Saxoniâ pulsus, in Helvetiam confugiens, libros suos contra Lutherum ibi foras dedit, iiq; Zwinglio & Oecolampadio, velut lectu dignissimi, probantur, & ab iisdem populo commendantur; *primum* inter hos Helvetiæ Reformatores & Lutherum, à quo seorsum sètiunt, dissensus doctrinæ in articulo de S. Cœna exoritur, *dein* Utriq; suam sententiam editis scriptis probant, ac contrariam rejiciunt; *mox* etiã publice refutant: *unde*, proh dolor, non sine magna Reformationis remora ac clade, duo verborum S. Cœnæ sensus propagantur, aliisq; Lutheri, aliis Helvetiorum sententiam longe lateq; amplectentibus, Schisma & quasi duæ Sectæ oriuntur; quarum altera alteram variis scriptis,

scriptis, atque etiam aliquando, violatâ charitatis regulâ, convitiis, imo, quod invitus recenseo, hostili persequutione, miris modis excruciat.

VII. Nam eodem hoc Anno, c. 15. I. 24. HULRICUS ZWINGLIUS, TIGURI in HELVETIA (postquâ quinquennio, quo ibidem Verbi Div. Ministrum egerat, & triennio etiam antea *Glarone*, Patûs abusus & errores, per Evangelii prædicationem abrogare cœperat) etiâ S. Coenam Dominicam à multis superstitionibus & erroribus, quibus à longo tempore hætenus commaculata fuerat, purificare, & rectam, antiquam, simplicemq; S. Coenæ doctrinam suo loco reponere, apud animum definit. Quare primum Transsubstantiationem firmis S. Scripturæ testimoniis molitur, deinde & Consubstantiationem solidis argumentis aggreditur: ipse autem eo est sensu; *Corpus & Sanguinem Christi spiritualiter, non ore, sed animo & fide recipi; verba verò Christi, Hoc est Corpus meum,*

meum, Tropice esse accipienda, juxta usum
 S. Scripturæ, quæ quum de Sacramentis
 agitur, communiter visibili signo nomen rei
 signat & attribuat. Hanc suam senten-
 tiam antequam referret, prius diligen-
 tissime Patrum scripta evoluit, & cum
 eruditissimis Viris ac Amicis contulit;
 quumq; Joh. Rhodius & Georgius Sa-
 ganus, duo pii ac eruditi viri, Tigurum,
 ut cum Zwinglio de sensu verborum S.
 Cœnæ conferrent, excurrentes, episto-
 lam Honij Batavi, quâ vocula EST per
 vocem SIGNIFICAT vertebatur, profer-
 rent, Zwinglio hæc interpretatio con-
 venientissima visa est. [e]

VIII. Interim & CAROLOSTADIUS,
 ex Saxonia fugatus, in Helvetiam venit,
 ut Zwinglii & Oecolampadii senten-
 tias perrogaret. Sed Anabaptistæ ipsum
 absterrent; qui interea Zwinglii senten-
 tiam repudiantes; & Carolostadii am-
 plectentes, ejus libellos editos late dis-
 seminant.

[e] Lavat. dict. à hist. fol. 1.2. Conf. Sleid. l. 1. p. 32. l. 5.
 p. 140. Mellif. Hist. Part. 3. p. 439.

femināt. Sententia autem Caroloftadii erat hæc: *Corpus & Sanguinem Christi in S. Cœna non naturaliter contineri; sed ex verbis Instit. Cœnæ, Hoc est Corpus meum, voculam Hoc, non panem, quem discipulis Christus dabat, sed ipsum Christum denotare, Christumq; in prima Cœna corpus suum manu vel digito intendisse, cū diceret discipulis, Hoc est corpus meum.* Quæ sententia quum cruda admodum esset, plerisque Eruditis displicebat. *Zwinglius* tamen, quum Caroloftadium veritatem agnoscere, & errorem corporalis præsentie evertere animadverteret (quamvis, velut imperitus miles, armis veritatis, ad debellandum errorē, rectè uti adhuc ignoraret) Magistratum Tigurinum, omnesq; Auditores, pro publica concione, ad horum Caroloftadii librorum lectionem hortatus est, ut hominū corda, erroribus ex iis evulsis, quocunque modo imbuerentur veritate. *Oecolampadius* etiam hinc inde Amicos suos literis monuit, ne Caroloftadium propter

propter editos libellos contemnerent; quamvis enim verba S. Coenæ ad genuinam Sacramentorum sententiam nondū satis bene acceperit, tamen opinionis ejus summam non planè rejiciendam esse. [f]

IX. *Zwinglius* itaque, quamvis Carolo stadii expositionem verborum S. Coenæ omnibus modis non approbaret, occasione tamen illius sententiæ, quòd corporalem in S. Coena Christi præsentiam abnegaret, necessarium cum suis collegis judicavit, etiam mentem suam explicare: quare mox, pro concione verba Institutionis S. Coenæ *figuratè* accipienda docet, & scriptâ ad Matthæum Alberum, præconem Reutlingensem epistolâ, sententiam suam de verbis Institutionis S. Coenæ, & modo, quo Christus verè manducetur, ex *Job. 6.* aliisque Scripturæ locis, exponit: quæ epistola brevissimo tempore, antequam ederetur, plus quam quingenties descripta, à plurimis

[f] Lavat. fol. 3. 4. 5. Conf. Sleid, l. 5. p. 139.

rimis a vide lecta est; quūq; eam *Oswaldus Myconius*, Ludimoderator Tigurinus, perlegisset, *Zwinglio Lutheri libellum*, quo hanc sententiam, quā vocula EST per SIGNIFICAT explicatur, planè damnabat, ostendit. Quæ epistola primum *Zwinglii de negotio Sacramentali* fuit scriptum. [g]

x. Initio sequentis Anni cIdo Idxxv. *Lutherus Carlostadii sententiam de S. Cœna Domini & Inconomachia*, duobus editis libris, sub hoc titulo, *adversus cælestes Prophetas & Fanaticos*, refutat. [b] Mense Martio, *Zwinglius Commentarium de vera falsaque Religione*, & Mense Augusto, *Subsidium de Eucharistia* edit: xiiii. Aprilis, illi in somnio (contra Scribam quendam, qui in Curia Tigurina, cum de Missa abroganda à Magistratu deliberaretur, contra ipsum disputarat) suppeditatur locus, *Exod. 12. 11.* quod

[g] Idem. fol. 4. 5. item Bucholc. Ind. Chron. Anno 1524. Conf. Sleidan. l. 4. §. ult. 173.

[b] Sleidan. l. 5. p. 139.

quod ejus Adversarii male deinde interpretati sunt, vel ruditate æstimandi proverbium (*ater an albus sit nescio*) decepti, vel malevolentia abrepti. Eodẽ die ut & XIV. & XVI. Aprilis S. Cœna, juxta Christi institutionem, exautoratâ missâ, populo applaudente administrata fuit. Quum & hoc anno *Joh. Pomeranus*, Pastor Wittenbergensis, Zwinglii sententiam, editâ ad Joh. Hessen Latine & Germanice epistolâ, cum hac inscriptione, *Contra novos errores de Sacramento Corporis & Sanguinis Christi*, refutaret; illi Zwinglius & Michael Keller, Pastor Augustanus, sub nomine *Conradi Nisß*, respondent. [1]

XI Eodem anno *JOH. OECOLAMPADIUS*, Ecclesiæ *BASILIENSIS* Pastor (postquam jam dudum in animo suo contra Missæ errores conflictatus, & lectione Augustini, à priori sua sententia, in Papatu recepta, abductus fuisset) cum Collegis, pro Concionibus, quoties occasio

[1] Bucholc. Anno 1525. Lavat. fol. 5. 8. & 13.

occasio fuit de Sacramentis dicendi,
 Zwinglii sententiam quoque docebat,
 mox incitantibus iisdem collegis & a-
 micis suis, primū suū de Eucharistia edit
 scriptū, hac inscriptione; *De genuina ex-
 positione verborū, Hoc est corpus meum
 h. e. figura, signum, & symbolum corporis
 mei.* Cui scripto SUEVICI Doctores, XIV.
 numero, Halæ Suevorum congregati,
 opponunt *Syngramma* (Joh. Brentio, ut
 credebatur, authore, qui inter alios illi
 subscripsit) quo Oecolampadii senten-
 tiam rejicientes docent; *Verba insti-
 tutionis Sacræ Cænæ non figuratè, sed pro-
 priè accipienda esse: non quod corpus Chri-
 sti, sedentis ad dextrā Dei Patris, ex cœ-
 lo in terram descendat, sed quod per effica-
 ciam verbi promissionis, fide apprehensi,
 Corpus Christi recipiatur, Christo tamen
 in Cælo manente: fidem enim remotissima
 reddere præsentia.* Quibus Oecolampa-
 dius, mox suo *Antisyngrammate* respon-
 dens, ostendit; quomodo propriis argu-
 mentis, quam refutare præsumerent, su-

B

am

am sententiam stabilirent. Videntur enim ejusdem cum Oecolampadio fuisse sententiæ, sed ejus mentem non bene intellexisse, arbitrantur, quòd per figurã, quam in verbis S. Cœnæ agnoscebat, doceret, non verum Christi corpus, sed illius tantum figuram manducari; ut hodie adhuc imperiti aliquot hanc Reformatis affingunt sententiam. Hoc Suevorum Syngramma *Lutherus* non modo laudat, sed & idem in Germanicam Linguam à Joh. Agricola translatum, *sua præfatione* dignatur: Unde liquet, Lutherum in re ipsa ab Helvetiis non multum dissensisse, illorum quamvis figuratam loquutionem rejiceret, ipseque proprietatẽ verborum urgeret, atque eam tuiturus aliquando disputationũ æstu, Consubstantiationem & Ubiquitatem (de quarum, ut & Transsubstantiationis, origine in nostra cum Cl. D. Eccardo collatione dicemus) defenderet. Saltem ipsum subinde eandẽ, quæ erat Zwinglii, sententiam docuisse, Nostri ex ejus operibus

fatis

fatis demonstrarunt, & quam prope cum Nostris convenerit, Marpurgensis ac Wittenbergensis Concordia infra docebit. Huic deinde præfationi etiam respōdet Oecolampadius: quæ prima ejus ad Lutherum responsio fuit. Eodem anno etiam *Birckheimerus*, Noribergensis, acerbum *de vero Corpore & Sanguine Christi*, ad Oecolampadiū edit scriptū: cui & ipse sequenti anno suum responsū opponit [1].

XII. Dum ita dissentientes Primi Reformatores in explicatione verborum S. Cœnæ, scriptis se invicem impetunt; non defunt tamen *Viri Pacifici*, qui *litē componere student*. Sic non modo BUCE-
RUS, Ecclesiæ STRASBURGENSIS Mi-
nister, ad quosdam ex prædictis *Suevicis*

B 2

Docto-

[1] Bucholc. p. 505. Lav. fol. 9.... 12. & 18. ac 28. Anton. Hulsi conferentie tot Leipzig p. 117. ubi & p. 108. vide dictum Lutheri in ejus Operib. consensum. Sleid. p. 140. Scripta memorata & quorum in seqq. mentionem faciemus, Lutheri, Zwinglii & Oecolampadii legantur in eorum operibus.

Doct̄oribus fraterne & amice scribens, monet, ut Christi & Apostolorum institutis judicarent, quã minime deceret, ut, qui unum Christum confitentur & prædicant, adeo sibi in vicem aduersentur, & inter se dissentiant, quantumque offendiculum & scandalum infirmioribus ac simplicioribus illo dissensu detur: sed & *Ecclesiæ Strasburgensis Ministri* Gregorium Chaselium Wittenbergam mittunt, hac cum instructione, ut D. Luthero aliisque periculosum exoriturum incendium ob oculos ponat, si, qui Papatûs regnum unã debellare obligati sunt, tam acerbis & litigiosis scriptis sese mutuo conficerent; utq; eosdẽ roget, quamvis certas de S. Cœna hypotheses construentes, illis cõtrarias destruere conarentur, ne tamen, ob levem hunc in explicatione verborum S. Cœnæ dissensũ, dissentientium totam doctrinam, etiam in articulis qui utrinque crederentur, statim rejicerent, aut condemnarent, sed se fratres agnoscerent, nec tãto prosequeren-

sequeren-

fequerentur odio. Sed *Lutherus*, ut ex
 prolixis ad Strasburgenses literis appa-
 ret, nullam inire pacem voluit, nisi ubi
 Zwinglius & Oecolāpadius, quos Stras-
 burgenses laudaverant, sententiam suā
 (quā erroneā vocabat & refutabat) mu-
 tarent; nullā secus communionem habe-
 re posse Christum cum Beliale. *Carolo-*
stadius etiam, ut ex magnis, in quas per
 exilium præcipitatus erat, angustiis se
 expediret, ac Lutherum sibi reconcilia-
 ret, misso ad eum libello apologetico, so-
 licite de illata sibi injuria, quòd feditio-
 nis Rusticorum, per Muncerum Enthu-
 siasten excitatæ [m] authoribus accen-
 feretur, conqueritur, rogatq; Lutherū,
 ut edito illo libello suam tueatur innocē-
 tiam. Quod quum benigne præstat Lu-
 therus, alterum illi mittit libellum Ca-
 rolostadius, quo profitetur, quòd de S.
 Cœna editis suis scriptis non firmam le-
 ctoribus peregerit sententiam, sed, ad
 indagandam solummodo veritatem, di-
 sputarit.

B 3

sputarit.

[m] de qua vide Sleid. l. 5.

sputarit. Quam excufationem Lutherus accipiens, quemlibet sibi à Carolo-stadii, velut adhuc ambigentis, sententia, cavere monet. [n]

XIII. Quum itaque ad tentatam per Strasburgenses concordiam eventus nō responderet, pluribus & acerbioribus scriptis, sequentibus annis, usq; ad Marpurgensem Concordiam, An. 1529 utrinq; certatum est. Sic initio Anni c1510xxvi. *Lutherus*, epistolâ ad Reutlingenses, *Zwinglii* & *Oecolampadii* doctrinam acerbè infectatur. *Billicanus* epistolam ad Urbanum Regium, cum Regii respōso edit; quibus & mox *Oecolampadius* ac *Zwinglius* respondent. *Martinus Bucerus* suam ac Strasburgensium fidem ac doctrinam scribit. Mense Februario editur *Zwinglii* brevis explicatio S. Cœnæ, stylo Germanico, quum hactenus latinè scripsisset, tum quod Italis & Gallis, se melius latino sermone inferviturum autumarit,

[n] Lavat, fol, 12, 17. de Carolo stad. vid. S. Sleid. p. 139.

tumarit, tū quod sententiā suam prius Eruditorū iudicio submittere, quam in vulgus edere voluerit. His diebus *Cōradus Pellicanus*, Hebraicæ Linguae peritissimus, ac Scholæ Tigurinæ Lector seu Professor, ab amicis, Erasmi Roterodamensis, cū quo Basileę familiariter vixerat, sententiā de S. Cœna rogatus, illum spiritualem, quæ fit per fidem, corporis Christi manducationem solum credere respondet; quod *Erasmo* ægrè ferente, occasio data fuit pluribus inter Oecolampadium & Erasmus scriptis. Mense Julio *Zwinglius* scriptā epistolā Noribergenses hortatur, ne suorum ac Oecolampadii librorum lectione Civibus suis interdiciant, simulq; fidei suæ dans rationē, eam Christi ac Apostolorum doctrinam, adversam verò novam, & S. Scripturæ contrariā esse ostendit; Mense Augusto, amico cuidam, suppresso nomine ipsū à sua sententia divertere student, respōdet; Mense Octobri ad Efslingenses scribit. Mense Decemb. in lucem mittitur

B 4

Oecolamp

Oecolampadii sermo de dignitate Sacramenti, quo se simul ab Adversariorum calumniis vindicat. Initio sequentis Anni c^lo lxxxvii. editur *Zwinglii* apologia contra D. Straussen. *Bucerus*, instinctu Lutheri, ejus Postillas, ut loquuntur, in Latinum sermonem transferens, in quarta parte, imprudenter nonnullas voces, quas cum S. Scriptura non plane quadrare judicabat, corrigit, & præfationis loco, summam Christianæ Religionis ad Fratres Italos præfigit. Quod adeo malè *Lutherum* habet, ut literis ad Typographum Basiliensem, opus imprimendum datis, illam præfationem horrendam & sacrilegam nuncuparet, & se à Bucero, in Opere suo, virulentis glossulis crucifixum conquereretur, mitteretque Typographo epistolam Operi, remediū loco, adjiciendā. *Bucerus* autem publico scripto se excusat. Hoc tempore *Jodocus Clichtoveus* duos tractatus, & *Joh. Fischerus*, Episcopus Roffensis, in Anglia, quinque libros, contra *Oecolampadium*

padium edunt: editur & altera *Birckheimeri* ad *Oecolamp.* responsio, cui suam iterum opponit *Oecolampadius.* *Zwinglius*, quum hactenus in scriptis suis apologeticis Lutheri nomini pepercisset, amicam suam ad Lutherum exegit, qua amice ad varios Lutheri libros respondet, suamque sententiam diversis argumentis confirmat. *Andreæ* autem *Osiandro*, Pastori Noribergensi, etiam publicatam epistolam quædam in ejus scriptis rejicienti, certa de causa publice respondere non vult [o]. Eodem etiam tempore *Lutherus* librum de Sacramento edit, quo demonstrare vult, hæc verba, *Hoc est corpus meum*, adhuc firma manere *wider die Sacramentierer oder Schwermgeister*: in quo & aliquot aliis scriptis Lutherus vehementi calamo utitur. Huic scripto sua opposuere responsa *Zwinglius* & *Oecolampadius* [p]. Anno MDLXXXVIII. Mense Januario, BREMA M conveniunt

B 5

Confœ-

[o] Lav. à fol. 18. ad 33. [p] Id. p. 31. & Bucholc. An. 1527. p. 511.

Confœderatorum aliqui Helvetiæ, ac Vicini, ut & Strasburgenses, Ulmenses, Augustani, Lindavii, Constantienses, Isnenses aliq; Doctores; ubi inter alias hæc sancitur conclusio, *Quod testimoniis S. Scripturæ demonstrari nequeat, Corpus & Sanguinē Christi corporaliter in S. Cœna percipi.* Finita hac disputatione, CONSTANTIÆ & GENEVÆ aliisq; locis, (& ad eorum imitationē sequenti etiam anno STRASBURGIAC & BASILÆ,) Imagines, Altaria ac Missa abrogantur [9]. Mense Augusto SILESII suam confessionem de S. Cœna edunt, qua demonstrant, *Corporalem Christi in S. Cœna præsentiam, V. ac N. Testamenti Scripturis contrariam, etiam naturæ & proprietati fidei ac verbi Dei, imo regno ac sacerdotio Christi, gloriæ Dei, Institutioni S. Cœnæ, & Apostolicæ Ecclesiæ usui, inconvenientē esse. Verbulum autem Hoc in verbis Instit. pro spiritali sumunt demonstratione,*
quâ

[9] Sleid. l. 6. p. 159... 161. & 166. ac 668. item 169. Lavat. f. 34. 35. Bucholc. An. 1528. p. 513.

quâ animi Credentium ab externo ad verū
 cœlestem cibum, Christum sc. qui est in cœlo,
 perducuntur [r]. Quum autem ad habi-
 tam Bernæ disputationem multi eruditi
 undiquaque Zwinglii & Oecolampadii
 sententiam amplecterentur, edita est
 Lutheri magna confessio, cujus duabus
 prioribus partibus, vehementer Zwin-
 glium & Oecolampadium, & obiter etiã
 Silesiorum confessionem, perstringit;
 postremâ fidei suæ confessionem, ad finē
 vitæ defendendam, edit. Ad quam Oe-
 colampadius & Zwinglius postea suas
 dedere responsiones, ut & Bucerus ele-
 ganti Dialogo, quo Sebaldum & Arbo-
 gastū loquentes inducit: Et hæc postre-
 ma sunt scripta, quæ hi viri contra Lu-
 therum nominatim ediderunt [s] Se-
 quenti Anno Philippus Melancton, ex
 Comitibus Spirensibus, (de quibus infra
 thesi 17.) epistolam de Sacramento ad
 Oecolampadium, mox Latinè & Germa-
 nicè editam, scribit. Cui oppositam re-
 sponsi-

[r] Lav. fol. 35. [s] Lav. f. 34, 35. Bucholc. Anno
 1528. p. 513.

sponsionem Marpurgi postea exhibebat *Oecolampadius* [t].

xiv. Atq; ita hi strenui heroes, ac primi Religionis Reformatores, qui brevi tempore Papatûs regno fortiter restiterant, & impugnarant, in mutuum certamen exardere; unde miserrima, cû magno Piorum luctu, Ecclesiæ discordia & laceratio enata est: sic ut ab utraq; parte, magna contentione & rixa, publicis & privatis scriptis certaretur; *Luthero* adherentibus, ejusque doctrinam amplectentibus, Saxonibus & inferioris Germaniæ Theologis; *Zwinglii* vero sententiam recipientibus, confœderatis Helvetiæ Civitatibus, ac plerisque superioris Germaniæ Doctoribus, Italiæq; & Galliæ sub jugo AntiChristi latitantibus Evangelicis. Profani vero homines, ob hæc dissidia, Reformatorem doctrinæ partim illudere, & convitiari, partim susceptam eorum doctrinam repudiantes, ad Papales superstitiones (velut canes

ad

[t] Lavat. f. 36.

ad proprium vomitum, & sues lotæ ad volutabrum cœni, 2. *Pet.* 2. 22.) reverti: alii Papatûs errores cognoscentes, ob has tamen lites, in iisdem detineri. Pontificii autê, hac utentes occasione, rigidis edictis contra Evāgelicos denotare, quin & multos in Germania, Gallia, Italia, Hispania, Anglia, &c. miserrime persequi, & horrendis suppliciis tradere [u].

xv. *Et hic verus est ortus & progressus, veraque causa primæ litis Sacramentariæ inter Evangelicos, quæ primum inter Caroloſtadiū & Lutherum enata, postea per Zwinglii & Helvetiorū à Luthero & Saxonibus dissensum, & per reciproca eorundem scripta, enutrita est. Cause vero hujus adjuvantes vocari possunt duæ illæ, quas D. Calixtus in seinem Gutachten über die streitigkeit zwischen dē Lutheranern und Reformirten. §. 52. & 53. recenset; Primam, & Lutherum & Zwinglium vehementioris fuisse ingenii, ideoque alterū alterius*

[u] Lavat. fol. 32. *Catalogum primorum Reformatorū vid. Mellific. Lamp. Part. 3. p. 432. ... 441.*

Disputatio I.

3^o

alterius verba in benigniorem sententiã
 non fuisse interpretatum; (qualem ani-
 mi lenitatem in Oecolampadio & Suevis
 prædicat) *Secundam* Lutheri & Zwin-
 glii æmulationem; quum Zwinglio scri-
 bente [x], *Se Evangelium Anno 1516.*
prædicare incepisse, quando Lutheri no-
men (qui sc. sequenti Anno 1517. indul-
 gentiis Papalibus se opponere cœpit) *in*
Helveticis oris inauditũ adhuc erat, Lu-
 therus, qui magni animi erat, literis ad
 Argentinenses seu Strasburgenses [y]
 hoc pacto conqueritur: Wir dörfen uns
 rühmen / daß Christus von uns erstlich ist unter
 das Volck kommen; aber Zwinglen überfuhr uns
 dieses handels und ruhms. Item es ist mir nicht zu
 leiden / das ich / wann sie (Zwinglen un Oecolampad)
 reden / schweige / &c. & tandem ex animi impotentia
 in hæc verba erumpit; Es muß ein theil des Sa-
 tans diener seyn / entweder sie oder wir; Darumb
 ist allhie kein rath noch mittel. Notatu hîc di-
 gnissimũ est, quod idẽ Calixtus §. 56. se
 admirari ait, cur D. Lutherus, *ut th. xi.*
dictum, Suevorũ Syngramma, quo præ-

[x] *In Oper. loco de articulis art. 18.* sentiam

[y] *2. part. epist. fol. 302.*

sentiã corporis Christi in S. Coena quidem urgent, sed ubique illud *fide manducari* exponunt, approbarit, cur & Brentiũ, qui biennio post eadem clarius scribens, *corpus Christi fidei offerri, & fide accipi, fidei præsens esse, nunquam verò ore illud manducari asseruit*, amarit; & contra Zwinglium atque Oecolampadium, aliosq; Reformatos, qui sententiam suã aliter, quam hi Suevi & Brentius, vix exponere queant, tanto sit profequutus odio. Causa vero ejus hæc, præter alias, nõ postrema dari potest, quòd quamvis Brentius eandem cum Tigurinis sententiam professus fuerit, & Suevorum locutiones quædam cum Tigurinorum subinde coinciderint; hi tamen se Lutheri discipulos professi sunt, & ille nunquam Lutherũ ullo aspero scripto exacerbavit, sed semper Lutheri & Tigurinorum sententiam in meliorem explicuit sensum & concordiaẽ studuit.

xvi. Anno autem cIo Io xxix. infelix hoc dissidium, per divinam clementiam,

tiam, amico *Marpurgensi* Colloquio cō-
ponitur: de quo antequam dicamus,
præmittimus quædam de *Spirensi* & *Au-*
gustano conventibus.

XVII. Mense Martio hujus Anni Cō-
ventu Comitiali *Spirensi* quum decerni-
tur, nihil usque ad futurum Concilium
in Religione immutandū esse, Missamq;
omnibus locis restituendam &c. contra
hoc decretum *protestantur Elector Saxo-*
niæ, Georgius Brandeburgicus, Ernestus
& Franciscus Luneburgici, Landgravius
& Anbaldinus; quorum Principū pro-
testationi, communicato consilio, primi
nominis civitates aliquot se cōjungunt,
Argentina, Noriberga, Ulma, Constantia,
Rutelinga, Winsserum, Meminga, Lin-
davia, Campodunum, Hailbrunum, Isna,
Wisseburgum, Norlinga, Sangallum. Et
hæc quidem est origo nominis PROTE-
STANTIUM, nō solum in Germania, sed
& apud exterarum Gentes pervulgati [z].

XVIII.

[z] *Sleid. lib. 6. p. 171. 172. 173. Mell. Lamp.*
Part. 3. p. 427. Bucholc, An. 1529.

XVIII. Qui sex dicti Protestante^s Principes, & ex dictis quoq; civitatibus sex, Noriberga, Rutelinga, Campodunum, Hailbrunum, Winssemium & Wisseburgum, sequenti An. cl. lxx. *Augustæ Vindelicorū, in comitiis*, Carolo V. Imperatori fidei suæ exhibent CONFENSIONEM, AUGVSTANAM, à loco ubi conscripta & exhibita, nominatissimã.

Ita, eodem tempore, *Argentineses, Constantienses, Memingi, Lindavii*, de S. Cœna aliter ac Saxones sentiētes, scriptam suam confessionem, à Bucero adornatam, peculiariter Cæsari quoq; offerunt: quæ imposterū CONFESSIO STRASBURGENSIS, ab unâ civitate sic denominata, alias Confessio fidei QUATUOR CIVITATUM IMPERII, dicta fuit [a].

C

Sic

a] *Vid. des H. R. Reichs abschied zu Augspurg / An. 1530. fol. des abschieds ordnungē 114. 115. Sleid. l. 7. p. 186. 187. Mell. Lamp. Par. 3. p. 427. & 443. Confessionem Augustanæ cum Apologia vid.*

Sic BASILIENSES suam conceptam Confessionem (quæ demum An. 1534. ut th. 25. dicetur, typis expressa est) Augustæ in Comitibus, cum aliis Protestantibus simul quoq; exhibent [b].

Sic & ZWINGLIUS, in iisdem Comitibus Imperatori edito libello fidei suæ confessionem cum *Tigurinis* offert, & contra Eccii objectiones, missâ ad Principes, Augustæ congregatos, epistola, defendit [c]. Ita ut *quatuor illæ Confessiones, Augustana, Strasburgensis, Basiliensis, & Zwinglij*, sint ejusdem ætatis, eodem tempore, Augustæ, in Comitibus, Cæsari exhibitæ.

XIX.

vid. Luther. Oper. Germ. tom. 9. à fol. 305. usq; 393. Eandem & Strasburgensem vid. & Syntagmate Confessionum. Augustanam item Confessionem, ejusq; explicationem, & collationem cum publicis Reformatorum Confessionibus, atq; a Balthas. Mentzeri corruptelis vindicationem, vid. Altingii Exeget. Confess. Augustan.

[b] Zwingeri, Theologi Basil. Erklärung von dem Abendmal p. 73. [c] Lavat. f. 48. Mellif. Hist. Part. 3. p. 443. Bucholc. An. 1530. p. 519. . . . 521.

XIX. Ut ad *Colloquium Marpurgense*, de quo thesi 16. mentionem feci, revertar; Quum per infelix Religionis inter Evangelicos dissidium. (quo tela, que ad oppugnandum AntiChristi regnum conjungenda fuissent, in mutuam Fratrum perniciem convertebantur) renascentis Evangelii propagatio non parum inhiberetur, magnum fidelibus scandalum, & hostibus veritatis insultandi ansa daretur, Deus pro sua benignitate *Philippum Hassie Landgravium* excitavit, qui An. cl. 1529. ab una parte *Lutherum*, *Melanchthonem* & *Iustum Ionam Wittenbergam*, *Osiandrum Noribergam*, *Brentium Halam Suevorum*, *Stephanum Agricola* Augustam; ab altera parte *Oecolampadium* & *Zwinglium* ex Helvetia, hunc Tiguro, illum Basileam, *Bucerum* & *Hedionem* Argentorato, ad amicum colloquium, MARPURGUM, (ubi ante triennium Academia à dicto Landgravio constituta erat [d]) convocavit: quo de omnibus

C 2

bus

d] Bucholc. Anno 1526.

bus doctrinae Christianae Capitibus, ut singuli manuum subscriptione testati sunt, convenerunt; nisi quod in uno tantum articulo, *de corporali sc. Christi in S. Cæna presentia*, brevi illo colloquio, post triduum, ob grassantem febrem, vel incognitum morbum, Anglicum dictum, abrupto, consentire non potuerint: sed mutuae charitatis cultum stipulati sint, & precibus se invicem Deo commendarint [e].

XX. Cum autem sequenti disputatione de mediis reconciliationis acturus, Articulis hujus Concordiae sum usus, nec Quibusvis statim obvii sint, hinc integros ex Melanchthonis, dicto loco, Consiliis Theologicis appono.

CAPIT-

e.] Philip Melanch. *epist ad Joach. Camerariæ. quam Pezelius in Melanchthonis consiliis Theologicis lectu dignissimis Part. 1. pag. 82. recenset. Luth. Oper. Germ. Wittenb. tom 9. fol. 290. Lavat. a fol. 37 usq; 41. Sleidan. de stat. Relig. & Reip. lib. 6. in fine. Calixt. 6. 56. 57. Parei Irenic. Cap. 20. ex Lutheri Oper. Germ. Jenens. tom. 4.*

**CAPITA DE QUIBUS CONVENIT
MARPURGI INTER LUTHERUM ET HUIC
adjunctos, Et Oecolampadium & Zwin-
glium, & qui cum his fuerunt.**

Primo, Vnanimiter credimus certoq; statui-
mus, quod unus, verus, naturâ Deus sit, con-
ditor omnium creaturarum, Isq; Deus *unus sit
in essentia & natura & trinus in personis*, videlicet
Pater, Filius, & Spiritus sanctus, planè sicut
in Nicæno Concilio decretum est, & in Symbo-
lo Nicæno canitur & legitur in tota Ecclesia
totius orbis terrarum.

Secundo, Credimus, quod neq; Pater, neq;
Spiritus sanctus, sed filius Dei patris, naturâ
Deus, *homo factus* sit efficacia Spiritus sancti,
sine virili semine, natus ex Maria virgine cor-
poraliter, & quod perfectus homo sit ex cor-
pore & anima similis nobis, sed sine peccato.

Tertio, Quòd hic Dei & Mariæ filius, persona
una inseparabilis, Jesus Christus, *pro nobis cru-
cifixus, mortuus, & sepultus surrexerit à mortuis,
ascenderit ad Cælos, sedeat ad dextram Dei &
dominetur omnibus Creaturis, & venturus sit a-
liquando ad judicandum vivos & mortuos.*

Quarto, Credimus, quòd ~~peccatum~~ *originis*
ab Adâ

ab Adamo in nos propagatum sit, quòdque sit peccatum damnans omnes homines, & quòd, si Christus nobis opem non tulisset morte & vita sua, in æternū propter illud *mori nos oportuisset*, neque participes regni Dei, & salutis fieri potuissemus.

Quintò, Credimus, quòd ita liberemur ab hoc & ab omnibus aliis peccatis, & morte æterna, si *nostram fiduciam* collocemus in filium Dei *Jesum Christum*, pro nobis mortuum: Et quòd extra hanc fidem *per nullum opus*, aut certæ vitæ genus liberari possimus ab ullo peccato.

Sextò, Quod *fides sit donum Dei* ejusmodi, quod nullo præcedente opere ac merito nostro obtinere, *neque ex propriis viribus* consequi possimus: Sed Spiritus sanctus dat & efficit fidem, prout vult in cordibus nostris, quando Evangelium sive verbum Christi audimus.

Septimò, Quòd hæc *fides sit Iustitia nostra* coram Deo, utpote, per quam Deus nos *justificat imputata nobis iustitia*, sine ullo opere, aut merito nostro. Atque ita à peccato, morte & inferno nos liberat, sibi que reconciliat, adeoque salvat nos propter filium suum, in quem credimus, cujus iustitia, vita, & omnibus beneficiis donamur ac fruimur. Hac de causa igitur sentimus omnia vota, totum ordinem *Monasticum*, qua-

tenus ad salutem promerendam necessarius putatur, jure ac meritò damnari.

Octavo Credimus, quòd Spiritus sanctus (cù de ordinaria actione ejus loquimur) nemini hanc fidem vel cætera sua dona largiatur, nisi præcedente *verbo vocali* aut Evangelio Christi, sed quod per verbum vocale efficiat fidem, qua mensura, & in quibus vult. Rom. 10.

Nonò, Quòd *Baptismus* sacrosanctus sit Sacramentum à Deo ad hanc fidem excitandam institutum. Et quòd propter mandatum Dei, *Ite, Baptizate*, & propter promissionem Dei, *Qui crediderit*, Baptismus non sit nudum signum, aut tessera tantùm, inter Christianos, sed *signum & opus Dei*, in cujus usu fides nostra excitatur, per quam regeneramur.

Decimò, Quòd hæc fides efficiat à Spiritu sancti, posteaquam justificati & sanctificati sumus, bona opera per nos exerceat, nempe dilectionem erga proximum, precessionem ad Deum, & patientiam in persecucionibus.

Undecimò, Quòd *confessio* five petitio institutionis aut consilii apud Pastores seu ministros verbi, aut apud quemlibet proximum, non coactè sed *liberè* fieri debeat, & quòd tamen contritatis, afflictis, & sentientibus se peccatores esse, aut qui in errorem inciderunt, valdè utilis sit,

maximè propter absolutionem sive consolationem Evangelii, quæ vera est absolutio.

Duodecimò, Quòd omnis *Magistratus & Politica leges & judicia* ubicunq; locorum, sint res bona, & nequaquam prohibita, ut aliqui ex Anabaptistis, & Pontificiis docent, Sed quòd Christianus, ad hoc munus vocatus vel natus, possit per fidem Christi salvari, non minus quam parentes, & patres familias in vita *Oeconomica*.

Decimotertiò, Quòd *traditiones humana in Ecclesiasticis negotiis*, modò non pugnent contra expressum Dei mandatù, liberè possint retineri, vel omitti, prout cum aliis atq; aliis hominibus conversamur. Interim verò sentimus *prohibitionē conjugii sacerdotum*, *Dæmonum doctrinam* esse.

Decimoquartò, Credimus, & certò statuimus omnes de *Cæna Domini* nostri Jesu Christi quòd *utraq; parte Cænae* secundum institutionem utendum sit, Et quod *Missæ* non sit opus, per quod vivis aut mortuis impetretur gratia: Quod etiam sacramentum altaris sit sacramentum *veri corporis & sanguinis Jesu Christi*: Et quod *Spirituali manducatione* illius corporis & sanguinis, singulis Christianis *precipue opus sit*. Similiter, quod usus sacramenti, perindè ut verbù, à Deo omnipotente sit ordinatus, ut ad verà fidem & dilectionē conscientia imbecilles

move.

moveantur per Spiritum sanctum.

Et Quanquam in eo (*An verum corpus & sanguis Christi corporaliter sit in pane & vino*) hoc tempore nondum consensimus: Tamen utraq; pars, quantum omninò ferre potest cujusque conscientia, caritatem mutuam præstare debet. Utraq; etiã pars Deum omnipotentem sedulò invocare debet, ut per Spiritum suum nos in vera sententia confirmare velit. Amen.

XXI. Quod autem (*ut th. 18. dictum*) Superioris Germaniæ (quas inter & Helveticæ) Civitates, sequenti Anno 1530. peculiare suas Confessiones Cæsari Augustæ exhibuerunt, Marpurgensem Concordiam nõ destruxit. Nam, quum Marpurgi in articulo de S. Coenâ, illi Doctores cum Saxonibus nondum plene convenissent, non potuit plane una eorum confessio esse; & licuit, salvâ illâ concordiam, in illo articulo dissentire. Quod autem Saxones Articulos Superioris Germaniæ Theologorum, suis junctos, Cæsari simul, tanquam unum corpus, non exhibuerunt, difficillimi temporis (quo omnibus

mnibus Protestantibus maximū à Cæsare decretum malum imminere extimescebatur) ratio postulare videbatur, quod iidem Doctores ob destruetas alicubi statuas, ob directiorem & clarioribus verbis missæ everfionem majoremq; rituum externorum mutationem, Cæsari ac Pontificiis Imperii Ordinibus [f] magis exosi essent. Præterquam autem, quod ex separatâ Confessionum, ob dictas causas, exhibitione, Concordiæ Marpurgensis destruetio evinci nequeat, ipsa etiam Historia testatur, Superioris Germaniæ Theologos in Protestantium societate fuisse receptos. Sic SMALCALDICO cōventu, An. clō lō xxx. & xxxi. habito *Argentina, Constantia, Meminga, & Lindavia* in Protestantium fœderis societatem receptæ sunt [g]; An. clō lō xxxii. conventu SCHWINFURTENSI, (quo Cæsar Protestantibus Confessionis

f) ut bene Pezel. *diēt. lib. p. 23.* & Lampad. *Mell. Hi. l. p. 444. observāt.* [g] *Sleid. l. 7. p. 204. coll. 226.*

onis Augustanæ articulos usq; ad concilium proximū docere permisit) suā, Cæsari Augustæ exhibitam, confessionem copiosius Saxonibus explicantes, non autem, ut maligni quidam calumniantur, abnegantes; & ad testandum consensum, Augustanæ item Confessionī subscribentes [h]: & ejusdem anni conventu NORIBERGENSEI, eadē inter alias socias civitates (quæ tunc tēporis numero XXIV.) à Cæsare sancita Germaniæ pace, *Ne religionis causa cuiquam ulla molestia creetur usq; concilii tempus, vel donec per imperii Ordines alia dissidium (inter Pontificios sc. & Protestantes) sanandi ratio inventa fuerit, cum VII. Principibus Protestantibus fruitæ sunt [i].* Sic & Landgravius Hassiæ, mox à Conventu Augustano, in quo Confessiones exhibitæ

[h] Sleidan. lib. 8. pag. 222. & 226. Lavat. fol. 50. Hulf. pag. 143. [i] Sleid. lib. 8. pag. 227. conf. Pezeli erzählung vō Sacramentsstreit p. 177. 178.

exhibitæ erant, mense sc. Nov. *Tiguri-
nos, Basilienses, Argentinenses, seu Stras-
burgenses*, 6. annorum foedere sibi jun-
git, ut si cui, religionis causa vis fiat,
mutuum præbeatur auxilium [k]: quæ
confœderatio transactione inter Tigu-
rinos & Bernenses, atque *Quinquepa-
gicos*, sequenti An. clō lō xxxi. inter-
rupta est [l].

XXII. Hæc autem inter Tigurinos &
Quinquepagicos trãfactio accidit post
duplicẽ Tigurinorum cladem; quarum
primã, xi. Octob. ejusdem anni, etiam
Zwinglius, 44. annorũ (ex Tigurinorũ
consuetudine, precibus contra hostem
pugnaturus, cum exercitu procedens)
occubuit, mortuusq; ab hostibus cre-
matus, corde, ut ferunt, manente ille-
so; succedente illi, in ministerium Ec-
clesiasticum, *Bullingero*, & in Professi-
onem, *Theodoro Bibliandro*. Quam
Zwinglii mortem mox quoq; *Oeco-
lampadii*, defunctum *Zwinglium*
sibi

[k] Sleid. l. 7. p. 203. [l] Sleid. l. 8. p. 222.

sibi conjunctissimum admodum lugē-
tis, immaturus *obitus*, quum 49. esset
annorum, excepit; locum ejus sup-
plente *Oswaldo Myconio*, de quo thes.
9. Sicut uno tempore duobus primis
Reformatoribus Helvetia sit orbata
[m].

XXIII. Quam acerbam & tristem
Tigurinorum cladem, per infelicem
contra hostes pugnam; ac *Zwinglii* &
Oecolampadii mortem, multæ tristi-
ores acerbitates sunt subsequutæ.

Pontificii (contra Sapiientis monitū,
*Cum cadit inimicus tuus, ne lætator, cūq;
corrui, ne exsultato animus tuus. Prov.*
24. 17.) dictis Tigurinorum cladibus
lætati, fortissimis his verbi divini pro-
pugnatoribus, velut mortuis leonibus
insultabant, eisq; ac Tigurinis ob ac-
ceptam cladem convitiabantur. *Johan-*
nes Faber, Episcopus Viennensis, edito
libello

[m] Lavat. fol. 51. 52. Sleid. l. 8. p. 221, 222.
Bucholc. *Ind. Chron. An. 1531. Mel. Lamp. Par.*
3. p. 444.

libello impune eructabat; Tigurinos ob Sacramentorum, precum, ac jejunii contemptum, ob sacrilegium, novaſq; hæreſes tale expertos eſſe damnum. *Multi*, qui Zwinglii ſententiã amplexi erant, ſic animo frangebantur, ut alii illorum ex metu eam confiteri non auderent, alii ab eadem paulatim ad Lutheri ſententiam inclinarent. Et, quod maxime opere dolendum, etiam fervidi quidam homines, qui Lutheri profitebantur ſententiam, his duobus extinctis viris piis multa dogmata & hæreſes, quas ipſi impugnaverant, affingebant, omnia ipſorum ſcripta, quamvis etiam nunquam viſa vel lecta, per præjudicium condemnabant, utq; Zwinglianos populo exoſos redderent, in vulgus ſpargebant, eosdem omnem Chriſti præſentiam in S. Coena excludere, ſolum vacua & inania ſigna proponere, omnipotentiam Dei abnegare, & quæ alia ex præcipiti ignorantia iis imputabant [n].

XXIV.

[n] Lavat. fol. 53. 54.

XXIV. Cū autē, ut dictū, Marpur-
 gi in articulo de modo præsentia cor-
 poris Christi in S. Coena, inter Saxones
 & Tigurinos nondū convenisset, & U-
 traq; Pars sententiam suam adhuc acri-
 ter defenderet, accidit, ut usq; ad Wit-
 tenbergensem Concordiam subinde à
 scriptis unus aut alter sibi non tempe-
 rarit. Sic Anno cllo xxx. *Phi-*
lippo Melanchthoni sententias Patrum
 de S. Coena edenti *Oecolampadius* Dia-
 logum opponit, quo ex Latinis Græ-
 cisq; Scriptoribus sensum verborum
 S. Coenæ dans, Melanchthonem Patrū
 mentē non rectē perspexisse conqueri-
 tur. Eodem tempore *Carolo stadius*,
 qui etiam antea ex Saxonia in Helveti-
 am confugerat, Ecclesiæ Tigurinæ Pa-
 stor constitutus præest, donec post
 Zwinglii mortem, Basiliensi Ecclesiæ
 præficitur; ubi & vitam, postquam de-
 cem annis Ecclesiæ præfuisset, Anno
 1543. 24. Decembr. pie & tranquille fi-
 nivit; ob quam causam multi æstimant
 Lutheꝝ

Lutherum in Tigurinos & Helvetios magis exacerbatum fuisse (o).

Nec per Zwinglii & Oecolampadii mortem hæc contentio emortua est.

Nam An. cl^o lxxxii. *Lutherus* Serenifs. Marchionem Albrechtum Brandenburgicum patente epistola hortatur,

ut sibi à Zwinglii doctrina caveat, & Zwinglianos ex suo territorio pellat.

Tigurini, hanc Lutheri, non obstante Marpurgensi concordia, scriptionem ægrè ferentes, missis etiam ad Serenifs.

Marchionem literis petunt, ne in suis terris gravius in Zwinglii doctrinam amplectentes consulat; utq; dictus Princeps, Zwinglii sententiam, de S.

Cœna, non novam ac falsam esse, sed cum antiquissimis Ecclesiarum Doctolibus convenire cognosceret, mittunt eidem *Bertrami* Sacerdotis libellam

de

de

de

• J Lavat. fol. 49. Bucholc. Ind. An. 1543. conf. & Helvici Theatrum histor. Sic & Mell. Lamp. Par. 3. p. 445. ubi tamen mendum Typographicum Anni 1530. quo Carolo stadus obiisse dicitur, mutandum in Annum 1543.

de

de

de corpore & sanguine Christi, tempore Caroli Calvi, circiter An. 870. scriptum, & postea Coloniae editum.

An. clō lō xxxiii. *Lutherus* etiam Francofurtenses ad Moenum scriptā monet epistolā, ne cū Zwinglii doctrinā communionē habeant, sibiq; nō solū à Zwinglii doctrinā aperte profitentibus, sed & loquendi formulas, quæ utrinq; recipi queant, comminiscantibus, velut ab ipso Diabolo caveant.

An. clō lō xxxiv. *idem* libro suo, de Missa privata & unctiōe Sacerdotū, Oecolampadiū jungit Emsero, summo Evāgelii inimico, quos credit horribilibus Satanæ ictibus & quasationibus subito extinctos esse (p).

Vice versa An. clō lō xxxv. *Tigurini*, cū diversis Lutheri ejusq; discipulorum scriptis se multum laceffitos, nec sibi diutius tacendum autumarent, habita deliberatione, Apologiam contra Lutherum ejusq; discipulos parabant; &

D

edidit.

(p) *Zwingerus dict. lib. p. 170.*

edidissent, nisi *Capito*, Strasburgensium Ecclesiarum nomine, à proposito eos avocasset, spem iis subjiciens concordiae. Hoc anno, nota, *Ioh. Bugenhagenus*, Pomeranus, *Ecclesias Pomeranicas*, & sequenti anno *Danicas* ad normam confessionis Augustanae restaurat (q). An. cl. l. xxxvi. *Bullingerus* edit *Zwinglii* brevem fidei explicationem, paulo ante mortem ipsius Regi Galliae ascriptam, quam *Bullingerus* in praefatione sua, *Zwinglii Cygneam vocem* appellat: quo libello, quia habito de vita aeterna sermone, per apostrophem ad Regem loquitur; *Ibi videbis Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, Numam, Camillum, Catones, Scipiones, itemque tuos Avos & Proavos, qui in fide hinc migrarunt, &c.* concludit *D. Lutherus*, *Zwinglium* plane Ethnicum emortuum esse, quod Gentibus vitam aeternam adjudicavit. *Zwinglii* verò mentem *Tigurini* postea explicant. Eduntur & *Basileae* epistolae *Oecolampadii*

q] Bucholc. Ind. Chr. An. 1535. & 1536,

lāpadii & Zwinglii, præfixa Bibliandri
(*de quo th. 22.*) præfatione ad Landgra-
viū Hassiæ, Ducē Ulricū & Comitē Ge-
orgiū Wirtenbergenfes; in quibus mul-
tū de negotio Sacramentali agitur [r].

XXV. Quamvis autem subindè, ut
dictum, inter Marpurgensem & Wit-
tenbergensem concordiam, scriptis
certatum sit à nonnullis; alii tamen non
destitère fraternitatem servare, & ulte-
riori concordiaè omni modo studere:
qua in re Strasburgenses, & ex his BU-
CERVS, reliquis palmam præripuère,
quos & initio hujus litis, hac in parte
fidelissime munere suo functos, thesi
12. vidimus. Sic finitis Comitibus Au-
gustanis An. cIo Io xxx. *Bucerus* cum
Brentio & Melanchthone de lite Sacra-
mentaria conferens, statu controversiæ
rectè formato, ostendit in verbis solum
Partes discrepare, at re ipsa convenire:
dein consilio & instigatione Ducis Sa-
xonix & Strasburgensium (maximum

D 2

ex

r] Lavat. fol 55. 56. 59. 60. 64. 65.

ex discordia periculū extimescentiū) ad Lutherum, concordiam tentaturus, proficiscitur, quem cum humanissimū offendisset, etiam *Zwinglium* & *Oecolampadium* adit, qui conceptam cōcordiæ spem ab ipso accipientes, & se pronos ad concordiam à veritate non alienam ostenderunt [s]. Sic An. clō Io xxxi. post Cappellanam cladem, quā & Zwinglius occubuit, idem *Bucerus* Bullingero & Leoni Judæ, Ecclesiæ Tigurinae Ministris scribit, discrimen inter Lutheri & Zwinglii sententiam sibi nō reale, sed solum verbale videri (t). Sic Ann. clō Io xxxii. Strasburgenfes ut thesi 21. diximus, Augustanæ confessioni, ad testandum consensum, subscribunt (u). An. clō Io xxxiii. Mense Majo iterum *Bucerus* Tigurum concedens Tigurinos monet, ne quid acerbiter contra Lutherū præsumant aut scribant,

s] Lavat. fol. 48. Hulf. p. 137. Sleid. l. 7. p. 203.
 t] Lavat. fol. 54. [u] Idem fol. 55. Pezel. erzählung vom Sacramentsstreit p. 26.

bant, rursus afferens dissensum inter ipsos & Lutherum in verbis potius quam in re consistere; quum quam Lutherus Christi praesentiam in S. Coena urgeat, nequaquam articulos fidei destrueret: & quia ob moderatum suum iudicium in suspicionem nonnullis venerat, quasi in sententia sua parum sibi constaret, iisdem firmum suum perseverandi in semel recepta & edita religione propositum aperit. *Tigurini* item, se omnia, veritati non inimica, ad pacem facientia, religiose observaturos, illi promittunt (w). An. clo lxxxiv. Mense Jan. *Basilienses Confessionem* fidei edunt, cui *Strasburgenses*, ad testandam iterum harmoniam, mox subscribunt [x]: Quae confessio ante quadriennium scripta & Augustae Imperatori Carolo V. exhibita fuerat: (ut thesi 18. dictum) & alia est ab ea, quae in Basiliensi Synodo, a confederatis Helvetiis An. 1536. [y] & po-

D 3

stea

w] Lavat. fol. 56. [x] *idem* fol. 57. [y] Lavat. fol. 62. 63.

stea Anno 1566. accuratior & proluxior edita est, quãq; Ecclesię Anglicę, Scoticę, Gallicę, Belgicę, & multę Polonicę, Hungaricę ac Germanicę cõprobarunt [z]. Mense Dec. consilio & monitu Buceri, (qui ab eo tempore, Strasburgensium & pacificorum quorundã Principum jussu, Ecclesias Evangelicas undiq; invisit, & amicis colloquiis, publicisq; ac privatis scriptis dissidia sopire, pacẽq; iis reddere, omnibus viribus annifus est) *Synodus Constantiensis* habetur, qua cũ de concordia cũ Luthero ineunda agitur, Tigurinorum sententia, de modo reconciliationis, ab Helveticis & Suevicis aliquot civitatibus approbata, Bucero mittitur, ut eam aut Luthero exhiberet, aut publicẽ edi curaret [a]: durante Synodo, etiã *Landgravius*

[z] Syntagm. Confess. pag. 3. 4. quo & tres dictas Helvetiorum confessiones vid. p. 9. 87. & 93. ubi tamen obiter annota Annum 1532. quo Basiliensis confessio Germanice edita dicitur in Annum 1534. immutandum esse. [a] Lavat. fol. 57. 58.

gravius Hassiæ literis (quibus & Philippus Melächthó suas junxerat) Bucerum in Hassiam, ad promovendam eandem concordiam, evocat [b]. Sic & hoc Anno *Ulricus Princeps Wirtenbergicus*, ope Landgravii Hassiæ restitutus [c], dum abrogato Papatu, sine discrimine Lutheri & Zwinglii discipulos Ecclesiis præficit, dumque exortam inter Erhardum Snephium & Ambrosium Blaurerum, primos suos Doctores, dissensum amica transactione componit, moderatam ac pacificam suam mentem generose prodidit (d). Huc & pertinet Capitonis, nomine Strasburgensium, An. clō Io xxxv. irenica expeditio, de qua *thesi præced.*

XXVI. Quum ergo Bucerus, jussu Landgravii Hassiæ ac Strasburgensium, & Helvetios & Lutherum ac Saxones, variis colloquiis ac scriptis ad concordiam sollicitasset atq; præparasset, etiã

D 4

concordiæ

[b]. Ibid. [c] de quo consule Sleid. l. 9. pag. 242.

[d] Lavat, folo 59.

concordiæ quandam formulam conce-
ptam Luthero aliisque misisset, *Luthe-
rus & Melancthon* non modo *variis*
epistolis intentum suum concordiæ de-
siderium hoc Anno xxxv. exprimunt,
sed & *Tigurini & Basilienses*, Lutheri ad
pacem promptam inclinationem ex
Strasburgensibus cognoscentes, con-
gregantur Araviam [e], ut concordiæ
formulam conciperent [f]. Sic beni-
gnissimæ *Philippi Melancthonis* de
componenda controversia Sacramen-
tali ad Brentium, Johan. Agricolam I-
slebiensem, Bucerum, Urbanum Regi-
um, literæ ipsius & Lutheri ad concili-
andas Partes promptitudinem referen-
tes, exstant in Consiliis ejus Theologi-
cis [g]. Sic & variæ ipsius *Lutheri*
ad Strasburgenses, Senatam Augusta-
num

[e] de qua civitate vid. Simlerum vom Regi-
meme der Eidgenossenschaft, lib. 2. p. 373. [f] Lavat.
fol. 62. [g] Part. 1. pag. 238. 247. 252. quas &
Germanicè legere est cum max se 17. Lutheri Literis
in Pezelii errence erzählung p. 28. & seqq.

num & D. Gerbelium Strasburgum, aliosq; literæ, quibus ineundæ pacis studium ac desiderium significat, in ejus scriptis leguntur (b). Ut è multis literis hæc ejus verba referam, sic ad Strasburgenses ait: Ihr wöllet euch gewißlich versehen / daß ich solcher concordie so begierlich bin / als ich gerne wolte / daß mir der Herz Christus gnädig seyn soll / und machet euch keinen zweiffel / so viel als ahn mir ist / soll nichts an mich begehret / noch mir aufferlegt werden können / welches ich dieser sache wegen nicht gern und williglich thun / und gedülden will; Laßt uns allein fortfahren / und was mit Gott angefangen ist / das werd er durch unser gebett / und sehnlichs suchen bewogen / und erbetten / vollbringen / auff daß diese concordie ohne alle fernere scrüpel und offension vollkommen / und beständig seyn möge. Et ad Gerbelium; Denn was könnte mir in diesem menschlichen leben / und alter lieber und fröhlichs widerfahren / dann das ich fast umb die zeit meines absehendens von dieser welt / nach mir cōcordi und frieden sehen / und hinderlasse möge..... Ich will eigentlich meinen trawen und glauben /

D 5

redlich!

b] *Harum Compendium vid. Pezeli erzählung*
pag. 33. 34. 35.

redlich / und mehr denn mir die ewrigen vielleicht
 zu trawen / lösen und ledigen So aber et-
 was wäre / davon man besorgete / es möchte die
 concordie verhindernen / bin ich erbütig solches
 hinweg zu thun / zu ändern / uñ sonst alles zu thun /
 und zu düliden / was ihr selbst für gut ansehen / und
 mir auferlegen werdet.

XXVII. Sic præparatâ per Bucerû
 Concordiâ, An. sequenti clo Mxxxvi.
 de *Conventu* Utriusq; Partis delibera-
 tur. Eligitur ISENACVM. Strasburgen-
 ses Basiliensibus, & hi Tigurinis signi-
 ficant, quarto decimo Maji ad futuram
 Synodum Isenacensem, Lutherum ali-
 osque Superioris & Inferioris Germa-
 niæ Theologos ad futuros, petuntque
 ut confœderati Helvetii etiam suos Do-
 ctiores, & inter eos Bullingerum atque
 Joachimum Vadianum [1] eò ablegēt.
 Conveniunt Helvetiæ Doctores iterû
 ad Aravam, ac habita deliberatione
 decernunt, gratissimum sibi fore de cõ-
 cordiæ mediis deliberari, ut qui nihil
 libentius

[1] de quo vid. Lavat. fol. 72.

libentius, quam pacem & concordiam in Ecclesia cernerent; quia verò convē-
tus Isenacensis à nullo ordinario Magi-
stratu, sed à solo Bucero indictus, & iter
longinquum ac tempus breve esset, ne-
minem Isenacum delegandum, sed, ut
Luthero aliisque Doctores de sua con-
staret doctrina, Basiliensem Confessi-
onem, nuper (mense sc. Januar. ejusdē
anni) editam, per Bucerū & Capitonē
mittendam esse [k].

XXVIII. Adveniunt, dicto die, Su-
perioris Germaniæ Doctores *Isenacū*:
at nullos ibi Doctores offendunt; Lu-
therus dicebatur ægrotare. Properantes
itaque, mox WITTENBERGAM, 21. Maji
appellunt (l), placetque Deo illic loci, u-
bi ante septenniū infelix ille dissidii ab-
ortus fuerat enatus, eundem enecatam
sepeliri, & fraternā concordiam, post
quatuor dierū uberrimā deliberationē
(m), stabiliri. XXIX.

[k] Lav. f. 65, 66. de Basiliensi autē confessione, edita
An. 1536. vid. fol. 61. conf. th. nostr. 25. (l) Id. f. 67.
(m) de qua vid. Pezel. erzählung p. 36., ... 40.

XXIX. CONCORDIA autē **WITTENBERGENSIS**, à Philippo Melancthone, jussu & rogatu Utriusq; Partis, An. 1536. scripta, est hæc [n]:

CONCORDIA INTER DOCTORES WITTENBERGENSES ET DOCTORES CIVITATUM Imperii in Germania superiori,
De presentia corporis & sanguinis Christi in Cœna Dominica.

I. Confitemur juxta verba Irenæi constare Eucharistiam duabus rebus, *terrena & cœlesti.* Itaque sentiunt & docent cum pane & vino verè & substantialiter adesse, exhiberi, & sumi corpus Christi & sanguinem.

II. Et quanquam negant fieri *Transsubstantiationem*, nec sentiunt fieri *Localem inclusionem in pane*, aut durabilem aliquam conjunctionem extra usum Sacramenti: tamen concedunt Sacramentali unione, panem esse corpus Christi, hoc est, sentiunt porrecto pane simul adesse & vere exhiberi corpus Christi. Nam extra usum, cum asservatur in pixide, aut ostenditur in processionibus, ut fit à Papistis, sentiunt non adesse
 corpus

[n] vid. Melancth. *Consil. Theolog. Part. 1. p. 253. 256. conf. Calixt. §. 63. 64. Lav. fol. 67.*

corpus Christi.

III. Deinde hanc institutionem Sacramenti sentiunt valere in Ecclesia, nec pendere ex dignitate ministri aut sumentis; &c.

Subscripserunt D. Wolfgangus Capito *Ecclesie Argentinae*, M. Martinus Bucerus *Eccl. Argentinae*. Lic. Martinus Frechtus *Eccles. Ulmenfis*, Lic. Jacobus Otterus *Ecclesie Eslingensis*, M. Bonifacius Lycosthenes *Ecclesie Augustanae*, Wolfgangus Musculus *etiam Augustanae*, M. Gervasius Scholasticus *Mimmingensis*. M. Johannes Bernhardi *Frankofurtensis*, Martinus Germani *Furfeldensis Ecclesia*, M. Matthæus Aulbertus *Reutlingensis Ecclesie Ministri*, Johannes Schradianus *Diaconus Reutlingensis*: Martinus Lutherus *Doctor Wittenbergensis*, Justus Jonas D. Casparus Cruciger D. Johannes Bugenhagenius *Pomer.* D. Philippus Melanchthon, Justus Menius *Isenacens.* Fridericus Myconius *Gothensis*.

Sic & de *Baptismo Infantium* & *Absolutione* inierunt concordiam, eiq; similiter subscripserunt,

XXX. Ultimo Conventus die Capito & Bucerus, *Helveticam Confessionem* *Luthero exhibent, & Helvetios, quod ob temporis brevitatem neminē
* *de qua th. 27.* able-

ablegare potuerint, excusant, petūtq; ,
 ut eorum sententiam benigne accipiat
 & interpretetur. Ad quæ Lutherus, se
 ignorasse tot Doctores, etiam Helveti-
 cos cōventuros, secus maturius se scri-
 pturum fuisse, sibi autem admodum
 Helvetiorum studium, concordia pro-
 movendi, placere, se quoque ad omni-
 modā, quantum sua permittat consci-
 entia, concordiam consensurum [o].
 Uti & sequenti anno Helvetii Witten-
 bergēsi concordia, post multā ipsorū,
 in variis conventibus, consultationem,
 & literarum permutationem, felicissi-
 mē associati sunt.

XXXI. Nā *Capito & Bucerus*, Wittē-
 bergā Argentinam reversi, mox articu-
 los Wittenbergensis concordia *Basi-
 leam mittunt* [p]. *Bucerus* quoque e-
 osdem brevissimos, ut clarē intellige-
 rentur, Argentinæ in nundinis coram
 multis fratribus *exponit*; articulo pri-
 mo per *duas res, terrestrem & cælestem,*
 doceri,

•] *Lavat. fol. 69.* [p] *ibid.*

doceri, non sola signa, panem & vinum, *rem terrestrem*, in Cœna agnoscenda, ut de Nostris multi suspicati sint; sed & *caelestem*, adeoq; nihil de mutatione aut inclusione loci imaginandum esse, ut artic. secundo dicatur: per *adesse* & *exhiberi* nihil aliud significari, quam veram esse in S. Cœna ipsius Christi exhibitionem, quæ quidem opus Christi sit, qui ad hanc rem ministri ministerio utatur: & sic de cæteris [q].

XXXII. *Basiliensibus* quum Articuli obscuriores apparerent, *Carolo Stadius* & *Grynæus Argentinam* (seu Strasburgum) *mittuntur*, ex Capitone & Buce-ro uberiolem articulorum cognitionem petituri; qui post dierum aliquot cum Strasburgensibus collationem, dictam thesi præced. Bucerii articulorum expositionem Basileam reportant. Basilienses articulos cum sua explicatione, per *Grynæum* & *Myconium*, *Tigurum* & *Bernam* mittunt. Tigurini & Bernenses

q] Melanchth. pag. 257.

nenses, dum absque reliquis confœderatis Helvetiis, quorum communi consensu ipsorum Confessio edita erat, quicquam decernere non sustinent, 24. Septemb. *Basileæ primus conventus* indicitur; quò & Bucerus ac Capito vocati, uberrime acta concordiaë Wittenbergensis explicant; quumque Helvetii articulos Wittenbergensis Concordiaë cū sua Helvetica Confessione difficulter conciliare quirent, Bucerus prolixissima explicatione Harmoniam doctrinaë demonstrat, & vehementissime Tigurinos, ut incoacta concordiaë subscribant, monet; at illi hanc Buceri declarationem in scripto petunt, & accipiunt. XIX. Octob. *Bernæ secunda Synodus* cogitur, quâ 296. Pastores comparerēt, qui quamvis dictam declarationem cum propria Helvetica Confessione nullo modo pugnare judicarēt, illo tempore tamen eidem nō subscribunt; sed, quū à Bucero antea cognovissent, Helvetios in Saxonia illa laborare suspicione,

spicione,

spicione, quasi non fatis digne, de Verbi Dei Ministerio & Sacramentis sentirent, placet Tigurinis articulos Confessionis Helveticæ, de Ministerio & Sacramentis plenius explicatos Luthero dare, qui in *tertia Synodo*, habita 28. Octobr. *Tiguri*, perlecti stabiliuntur. Tandem *quarto Conventu*, qui fuit 12. Nov. iterum *Basileæ*, decernunt, articulos Helveticæ Cōfessionis de Ministerio Verbi Dei & Sacramentis, uberioris à Tigurinis explicatos, ac Buceri declarationem articulorum concordiaë Wittenberg. Luthero mittere; ac demum sequentis An. clo 1537. Mense Febr. eidem in Smalcaldicum conventum mittunt. Quibus acceptis, Lutherus literis ad Jacobum Mejerum, Consulem Basiliensem responsi sui ad Helvetios, quod secus mox dare promptus fuisset, dilationem, ob corporis imbecillitatem, excusat; Philippus Melanchthon etiam, jussu Electoris Saxoniae, iis scribit, ne responsi moram sinistra

E strè

strè interpretentur, Lutherum enim, simul ac convaluerit, diligenter rescripturum(r). Nec vana fuit illa stipulatio. Nam

XXXIII. Kal. Dec. Lutherus post excusatam responsi sui tarditatē, benignissimè sic respondet: Ich habe nu zwar widerum E. E. schriftt gelesen, un̄ bin erstlich dessē höchlich erfreuet, daß ich vernomen / wie hindan gesetzt aller voriger schärff und verdacht / so wir mit eweren Predigern gehabt / Ewer ernst sey die Concordia anzunehmen und zu fördern beschlossen sey, der Gott und Vater aller Einigkeit un̄ Liebe / wolle selbst solch gut angefangen werck vollführen.. Ist derhalben mein freundliche bitte E. E. wollen darzuthun und mit ernst verschaffen
daß

r] Lavat. fol. 70...74. *Literas Evangelicarum Civitatum Helvetiae ad Lutherum, declarationem articulorum de Ministerio verbi Dei & Sacramētis comprehendentes, & Philippi Melancthonis responsorias, vid. Parei Irenico Cap. 21. p. 96. & 112. De prioribus etiam consule Pezelii erzählung pag. 46...49. ubi obiter observa, illas literas non mense Nov. An. 1536. Luthero missas, sed illo tempore missionem decretam, qua demum accidit mense Febr. sequentis An. 1537.*

Daß bey euch und den eweren/die schreyer so wider
 die Concordia plaudern sich ihres schreyens ent-
 halten/und das Volck einfältiglich lehren. Darne-
 ben diese sachen der Concordia lassen befohlē seyn/
 denen die darzu beruffen und tüchtig seyn / diesel-
 be nicht hindern / gleich wie auch wir allhie bende
 in Schrifften und Predigten uns gar stille halten
 und mässigen wider die Eweren zu schreyen/damit
 wir auch nicht ursach seyn die Concordia zuhin-
 deren/ Welche wir ja gern von herzen sehen/und
 Gott gelobt/des fechtē und schreyens bißhero gnug
 gewesen/ wo es hätte et was solle außrichten. Und
 zuvor will ich ganz demühtiglich gebetten haben /
 wollet euch zu mir versehen als einen der es ja
 auch mit herzen meinet/ und was zu erföderung
 der Concordia dienet/so viel mir immer möglich/
 an mir nicht ermangeln soll / das weiß Gott dem
 ich zum zeugen auff meine seel nehme. Denn die
 zweytracht weder mir noch jemand geholffen; son-
 dern vielen schaden gethan hat/ daß freylich nicht
 nützlich noch guts darinnen zu hoffen gewesen/
 auch noch ist. Und damit ich auff ewer articul
 komme/ so weiß ich kein mangel an dem ersten vō
 dem mundlichen wort / dann wir auch nicht an-
 ders lehren/ denn daß der H. Geist muß inwendig
 wirken im herzen der zuhörer/und das außserliche
 wort allein nicht außrichtet / so wo es das außser-
 liche wort allein solte thun / würden alle gläubig

die das hören welches doch nicht geschichte....
 Dergleichen der tauffe halben / in andern articul
 spüre ich auch kein ungleichheit / denn wir halten
 auch das wasser und wort / ohne den Heil. Geist
 inwendig nicht schaffe äusserlich / doch solche tau-
 fe Gottes äusserlich zeichen ja gezeug und werck
 sey / dadurch Gott in uns wircke.... Der dritte
 articul von sacrament des leibs und bluts Christi /
 haben wir auch noch nie gelehret / lehren auch
 noch nicht / daß Christus vom himmel oder von
 der rechter hand Gottes hernieder und auff fahre
 noch sichtbarlich noch unsichtbahrlich / bleiben
 vest bey dem articul des glaubens / auffgefahren
 gen himmel sitzend zur rechten Gottes / zukünfftig zu-
 und lassens Göttlicher Allmächtigkeit befohlen
 seyn / wie sein leib und blut im abendmahl uns ge-
 geben werde / wo man auff seinen befehl zusamen
 kommet und sein einsagung gehalten wirdt / wir
 dencken da keiner auffahrt noch niederfahrt die da
 solte geschehen / sonderen bleiben schlecht und ein-
 fältig bey seinen Worten / das ist mein leib / das ist
 mein blut. Doch wie droben gesaget wo wir hierin
 einander nicht gänzlich verstünden / so sey das jetzt
 das beste daß wir gegen einander freundlich seyn /
 und immer das beste zueinander versehen / bis das
 glime und trübe wasser sich seze. So kan auch
 D. Capito und Bucerus hie und in allem wohl zu-
 rahren

rahten / wo wir nur die herten zusammen setzen
 und allen unwillen fahren lassen / damit dem heis-
 ligen Geist raum gegeben / weiter die liebe und
 freundliche Concordia vollkommen zu machen /
 wie wir den unsers theils / sonderlich mein person
 halben allen unwillen von herten fahren lassen /
 und euch mit lieb und trew meinen. Denn wenn
 wir schon / so es mit ernst treiben / das höchst thü /
 dörfen wir dennoch grosse Gottes hülf und raht /
 weil der Satan uns und der Concordia feind /
 wol wird die seinen zufinden wissen die bäume und
 felsen in den weg werffen werden / daß nicht noth
 ist / daß auch wir hader anrichten und verdächtig
 auff einander seyn / sonderen nur die herten und
 händ einander reichen gleich und vest halten / da-
 mit es nicht hernach ärger werde dann zu v. r.
 Hiemit befehle ich E. E. allen sampt allen den
 eweren dem Vatter aller barmhertzigkeit und trost /
 der verlenhe uns zu beyden theilen seinen heiligen
 Geist / der unser herten zusammen schmelze in
 Christlicher liebe und anschlägen / allen schaum
 und rost menschlicher und teufflicher bößheit und
 verdacht außfuge zu lob und ehr seines heiligen
 namens / und zur seeligkeit vieler seelen / zu wider
 dem Teuffel und Pabst und allen seinen anhan-
 geren / Amen. 1. Decemb. 1537. [5].

E 4

XXXIV.

s] vid. Oper. Luth, German. Wittenb. tom. 12. fol.

XXXIV. Ad has amicas Lutheri literas Helvetii sequenti anno dno m^o lxxviii. 4. Maj. post multam in conventu Tiguri institutam deliberationem, Luthero respondent; se summa cum exhilaratione, ex ipsius literis, & Buceri ac Capitonis (qui Basiliensium rogatu conventui intererant & Lutheri sententiam benignè explicantes, Helvetios ambigentes omnibus modis ad cōcordiam hortabantur) relatione percepisse, quod sanctam hanc concordiam, semota omni suspicione & amaritudine, approbet, & fideliter promovere cupiat: Deo itaq; Patri omnis pacis ac concordia, se agere gratias, quòd pro sua misericordia, omni lite sublata, unanimi tatem & concordiam ipsis indulserit. Quibus acquiescens Lutherus, benevolâ mox iterum responsione in itam inter ipsos concordiam consummat,

204. *item* Lavat. fol. 75. 76. 77. Calixt. §. 67. 68. 69. Pezelii erzählung p. 50. & Latine, Parei Irenico cap. 21. p. 114.

summat, & si quid scriptis non decisum fuerit, Bucero & Capitoni committit [t].

XXXV. *Concordia* hæc Wittébergen-
sis, cuius mox societate acceperunt &
Helvetii, variis deinceps, per Dei gra-
tiam, colloquiis & conventibus, magis
magisque *firmatur*. Sic An. cl. l. xxxvii.
SMALCALDIÆ, Blarerus & Bucerus,
ex superioris Germaniæ Theologis, ut
Protestantium membra ac socii; unâ
cum ipsis, cum mune Religionis nego-
tium curant [u]: & expressim An. cl.
l. xxxix. FRANCOFURTI, & rursus
An. xliv. SPIRÆ, Superioris Germa-
niæ Theologis, ut foederis Protestanti-
um Confessionis August. sociis, Pax à
Cæsare Noribergæ concessa [x] denuo
stabilitur [y]: a deoq; A. cl. l. xl. & xli.
WORMATIÆ, & paulò post RATISBO-

E 4

NÆ

[t] Lavat. fol. 78. 81. conf. Calixt. §. 70. 71.

[u] Sleid. l. ii. p. 296. Melanchth. epist. ad Ca-
merar. Consiliis Th. Part. i. pag. 269. [x] de qua
vid. supra thes. 21. [y] Sleidan. lib. ii. p. 341.
lib. i. 5. pag. 447.

NÆ (ubi pax Noribergica iterum confirmatur [z]) Superioris itē Germaniæ Theologi, (quos inter Bucerus, Capito, Calvinus, Sturmius & Simon Grynæus) junctis cū Augustanæ Conf. Protestantibus auxiliis, Evangelicam doctrinam, una voluntate consentientes, contra communem hostem Pontificē defendunt [a]; nec ulla illis à quopiam Protestantium lis movetur, quasi Confessionis Augustanæ focii, & istarum partium non essent, quibus non æque ac Lutheranis inimicitiam suam Imperator remisisset, quo minus ad concessam pacem pertinerent: prout & Reformatæ Religionis Theologi, Calvinistæ perperam dicti, semper Augustanæ Cōfessionis focii, omni discrimine Lutheranorum & Calvinistarum excluso, habiti sunt, ut infra, *th.* 41. 45. & *ultimâ* ulterius dicetur.

XXXVI.

[z] *vid.* abschied zu Regensburg f. des abschieds 1550. *Part.* 1, *Sleid.* p. 389. [a] *Sleid.* l. 13. p. 372.

373. ♂

XXXVI. Ex quibus manifestum est, JOH. CALVINUM (qui An. 1538. Strasburgum ad Theologicam Professionem vocatus, summa cum laude non solum in schola, sed & in Gallicana Ecclesia docuit; postquam jam Basileæ suas Institutiones An. 1536. edidisset, postea Strasburgi Anno 1539. & 43. recusatus) in Fidei capitibus à superioris Germaniæ Theologis non dissensisse; sed nec aliam ac Buceri, qui Concordiam Wittenbergensem, ut dictum, concepit, & postea declaravit, & Capitonis, qui & in itæ concordia fuit auxiliator, ejus doctrinam fuisse, liquet ex Calvinii, Farelly, Vireti de S. Coena An. 1539. confessione, cui Bucerus & Capito, uti ipsorum confessioni conformi subscripserunt [b]. Ut verò superioris Germaniæ Theologi cum Helvetiis consensiebant, sic & Calvinus cum Tigurinis

E 5

An.

373. & 380. conf. Pezelii erzählung p. 128. item 181. 182. & Altingii append. problemat. ad exeges. Confess. Augustan. p. 123, [b] Pezel. p. 114. 124

An. 1549. in certam formulam [c] consensit, quin & ad testandum consensu, se Augustanæ confessioni, à Philippo Melanchthone declaratę, subscripsisse, testatur literis ad Martinum Schallin-
gium, Pastorem Ratisbonensem, An. 1557. & ad Fridericum Electorem Palatinũ An. 61. [d]. Sed & ipse Lutherus de Calvino dextrè judicavit. Quum enim An. 1539. Calvinus Cardinali Sadoletto, Genevenses ad Papatus errores denuo recipiendos sollicitanti responderet, Lutherus lecto ejus responso, literis ad Bucerum eum non modo reverenter salutari jussit, sed & An. 1540. in itinere ad Melanchthonem ægrotum, jussu Electoris Saxonix visitandum, idem responsum relegens, D. Crucigero itineris socio dixit, Diese schrift hatte hände und füsse/ und ich frewe mich / daß Gdtte solche Leuth erwecket/ die ob Gott will/ dem Pabstthumb vollend den stoß geben / und was ich wider
den

[c] *quam vid. Lavat. fol 94....101. conf. Bucholc. An. 1549. & Pezel. p. 140. [d] Pezel. p. 142.*

den Antichrist angefangen/mit Gottes hülff hinauß führen werden [e].

XXXVII. Hæc inter Evangelicos inita ac sæpius repetita *Concordia*, summo Ecclesiæ dolore ac damno An. cl. cl. XLIV. per Lutheri brevẽ cõtra Zwencfeldium & Tigurinos confessionẽ (quã cõcordiẽ nullam mentionem facit, sed Zwinglium & Oecolampadium ejusq; asseclas *Hæreticos, Sacramentorum inimicos, & eternũ damnatos vocat,*) multum *interrupta* est. De hac Lutheri cõfessione Philipp. Melanchthon literis, prid. Cal. Sept. 1544. ad Bullingerum datis, sic conqueritur; *Fortassis priusquam hæ meæ literæ ad te perferrentur, accipies atrocissimum Lutheri scriptum, in quo bellum* *μεγί δέιν του κι γιχκοῦ* *instaurat.* Nunquam majori impetu hanc causam egit. Desino igitur sperare Ecclesiarum pacem. Tollent cristas inimici nostri qui defendunt idola Monachorum: ac rursũ Ecclesiæ nostræ magis *distrabentur.* Qua ex re ingentẽ capio dolorẽ, &c. [f].

XXXVIII.

e] Idem p. 126. 127.

[f]

XXXVIII. Quid verò Lutherum à sæpius in ita, ac paucos ante annos cū Helvetiis renovatā concordia decedere, quo minus sui permaneret tenoris, commovit? Paucis, id quod fortè nō vanis emanavit indiciis, affirmare ausing, *Odiūm* recruidisse *inveteratum*, quod *causam moventem* $\pi\rho\sigma\omicron\nu\gamma\omicron\upsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\rho\nu$ & *principalem* vocamus, quòd Lutherus ex humana infirmitate semel concepti odii favillas in corde suo prorſus extinguere potis non fuit, sed ejusdem subindè scintillam quandā sibi excuti permisit; donec eadem enutritæ denuo flammā conciperent. Sic in speciem extincti odii non parva residua fuit mica, quòd anno concordiam sequente 1539. in libello suo de Patribus & Cōciliis, mortuum Zwinglium Nestorianum appellavit, quia divinam Christi naturam passam fuisse negarit, & An. 1542. libello

[f] Melanchth. *Conf. Theol. Part. 1. pag. 585.*
 Lavat. fol. 85. Calixt. dicto lib. §. 73. ubi quadam
brevis confessionis verba recenset.

lo de precatione contra Turcas, eundē inter Anabaptistas & seditiosum Mun-
cerum recenset, & Turcicæ crudelita-
tis causas Zwinglianis ex parte impu-
tat. Ad *priorem* Lutheri libellum *Ti-
gurini* respondent, quemadmodū hanc
ipsius improbarent iniquitatem, quòd
Zwinglio Nestorianismum, à quo ipsū
immunem & alienam fuisse sciret, af-
fingat, rogantq; ut imposteriorum dexte-
rius de Zwinglio sentiat, & si quid in i-
psis aut ipsorum doctrina improbaret,
amice & fraterne eos monere velit. A-
mice scribunt, memores cautionis in
præcedentis anni concordia factæ, *Ut
altera pars quid desiderans amice alterā
compellaret.* Ad quæ Lutherus conti-
cuit. Ad *posteriores* Luthero respon-
dere noluerunt, silentio suo Lutheri a-
nimum emollire annitentes, sed priva-
tis solum ad amicos quosdam literis,
se ab objectis purgant [g].

*Causa verò περκαλαρ κληνὴ ὁμίνος prin-
cipalis nō una dari potest. Edi-
g] Lavat. fol. 83. Mellif. P. 3. p. 446.*

Ediderant Tigurini, per Leonem Judæ, aliosque Ecclesiæ suæ ministros, Anno 1543. novam Bibliorum versionem latinam; quæ *Biblia Tigurina* cum Christophorus Froschoverus, Bibliopola Tigurinus, impressa Luthe-
ro mitteret, Lutherus offensus, quòd Tigurini auctoritatem Biblia transfe-
rendi sibi arripuissent, illi respondet;
Ne imposterum quid à Tigurinis profectū mittat, quoniam cum illis nullam habeat communionem, nec eorum libros recipere aut legere velit, imò Ecclesia cum iis, qui non tantum ipsi condemnati sint, sed & alios miseros homines secum in infernū trahant, communionem habere nequeat: fati illos esse admonitos, ut errorem ejurarent, ne miseros homines secum in infernum raperent; ideoque quamdiu vivat precibus & calamo eos, omnem admonitionem spernentes, impugnare, sibi propositum esse [h].

Cū Tigurini Lutherū adeo sinistre de

h] Lav. f. 34. & ex illo Calixt. §. 72. Zwin-
conf. Mell, Part. 3. pag. 446.

Zwinglii doctrina sentire cognoscerēt, decernunt omnes Zwinglii libros collectos, & latinitate, qui Germanicè tantum prostabant, per Rudolphum Gualtherum donatos, simul in latino idiomate edere; ut quilibet ex illorum lectione, quæ, qualis Zwinglii & Tigurinorum esset doctrina, cognoscere quiret. Quæ Zwinglii collectorū librorum editio admodum Lutheranis displicebat (i).

His accessere litigiosorum hominum contentiones; qui, (ut Melanchthō (k) literis ad Vitū Theodorū 25. Oct. 1543. de renovato hoc certamine inquit) *ostendant industriam aut devotam in augendis discordiis: quales incitatores,* sequenti an. 1544. 11. August. [l] eidē scribit, *satis multos* Lutherō fuisse: de quibus & ipse Lutherus, literis ad Tigurinos, prædixit, *das der Satan/der Concor- die feind/ wol wird die seinen zu finden wissen/die bäume und felsen in den weg werffen werden* [*].
Ue

[i] Lav. fol. 84. 85. [k] Consil. Th. Part. 1. p. 584.

[l] Ibidem. [*] supra thes. 33.

Ut enim carbo ad prunis, & ligna ad ignem, ita vir contentiosus ad accendendum litem: & ut deficientibus lignis extinguatur ignis; ita quum non est susurro, silet contentio, Prov. 26. 21:20. Hi ergo susurrones, Tigurinos apud Lutherū atro carbone notabant, quasi in Lutheri vilipendium hanc Bibliorum versionem adornarint; quasi Swenckfeldii erroribus, qui tunc disseminabantur, patrocinentur, quasi repetitā Zwinglii librorum editione litē renovarent; quasi etiam Lutherus, retractatā suā sententiā, Zwinglianorum receperit; & quę ejusmodi susurrabant. Tales infelicis belli tubę fuerunt, *Nicolaus Amsdorpius, & Petrus Wildus;* quorum hic quum nobilibus Misnicis (nuperrime ex Papatu ad Evangelicam doctrinam conversis, adeoque ægre ferentibus, Lutherum præcedenti Anno 43. Philippi Landgravii Hassię rogatu, panis consecrati elevationem, quæ in illum usque annum Wittenbergę obtinuerat,

nuerat,

nuerat, abrogasse) familiaris admodum, ad Lutherum veniens, & convivio ab eo exceptus, bene potus, temere referret, in tota Misnia rumorem spargi, D. Lutherum in Zwinglii partes recessisse (D. Luther wäre Zwinglisch worden) simulq; Zwenckfeldii & ipsius epistolę mentionem faceret; Lutherus incensus, se contra Zwenckfeldium, & denuo contra Tigurinos scripturum agebat: aderantque ex prædictis incitatoribus, qui eum magis exacerbarent, & ad propositum instigarent, ut tandem nominatã brevem confessionem ediderit [m].

XXXIX. Ad hanc Lutheri brevem confessionem ambigebant multi an respondendum esset. *Bucerus*, & qui cum eo sentiebant, monebant Tigurinos, quandoquidem patientiã cum primis antea fuissent invicti, ut & hanc Luthero, admodum seni, iracundiam condonarent, quem verisimile sit, ex susurronum potius instigatione, quam

F

suo

[Pezel. p. 65. Mell. P. 3. p. 446. Lat. p. 399.

fuo ipsius motu, tam vehementi scripto eos iterū aggressū esse; secus, si responderent, Ecclesiam grave bellum jam habere indictum. *Calvinus* etiam *Bullingerū* scriptā hortabatur epistolā *, primū, ut, quāvis iniquū sit immerentes vexari, illisq; purgandi sui locū negari, tamen cum Collegis suis reputet, quātus sit vir *Lutherus*, quantisq; dotibus excellat, quanta animi fortitudine & constantia, quanta dexteritate, quanta doctrinæ efficacia, hætenus ad profligandum *AntiChristi* regnum, & simul propagandam salutis doctrinam, incubuerit; adeoque cogitet, cum primario *Christi* servo sibi negotium esse, cujus præclaris donis aliquid sit concedendum, quamvis quod in eo malorum sit reprehendatur; subjungens se sæpe de *Luthero* dicere solitū, *Etiam si me Diabolum vocaret, hoc tamen illi honoris haberem, ut insignem Dei servum ipsum agnoscerem, qui tamen, ut pollet eximiis virtutibus, ita magnis etiam vitiis laboret*

*quam vid. ejus Oper. Conf. Al-
 ting. disp. harmon. prefix. exegef. Confess. August. ret

ret. Deinde Helvetiis obviam ponit, ut confligendo nil sint profecturi, quã ut lusum impiis præbeant, quò de Evãgelio triumphent, utque sese invicem mordendo & lacerando, consumantur: quare monet, ut etiam à Luthero provocati, à certamine potius abstineant, quam, cummuni Ecclesię jacturã, vulnus augeant. At *Tigurini*, arbitran-tes officii sui esse Lutheri scripto obviã conari, & forte rem aspersum iri infamia, si post Lutheri jam imminentem obitum responsonem differrent, initio sequentis An. clo lo XLV. publicato scripto, imputatæ à Luthero hæreseos crimen dissolventes, summam fidei ac doctrinæ suæ edunt.

Quum ita renovata lis longe lateque disseminaretur, ut continenti incendio totam ardere crederes Germaniam, edunt discipuli *Lutheri epistolam* ejus ad Jacobũ Probst, Eccl. Bremensis Doctorẽ, quã se gaudere scribit ob Tugurinorũ responsum, quos ad illud incitarit, ut ex publico ipforum testimonio manifestũ

F 2

fieret

Disputatio I.

fieret quod sint sui inimici; allusionem addens ex Psalm. I. Seelig ist der mann der nicht ist abgeretten in den Rahtschlag der Sacramentierer / und der nit gestanden ist auff dem weg. der Zwinglianer / und der nicht gefessen ist in dem stul der Züricher &c. [n].

XL. Hanc autem litem verborum potius quam rei fuisse, Phil. Melancthon testatur, epist. ad Vitum Theodorum, An. 1543. *Sciebam horridius locuturum Lutherum, quam sentit [o]: & D. Cruciger quoq; ad eundem, Omnino reputo D. Lutherum commodius de hoc negotio sensisse, quam, quum ad iram provocatus erat, loquutum fuisse.* Ita ut Litigantes verbis, quoties ad iram provocati essent, dissentirent quidem, quamvis eadem sæpe animo sentirent.

XLI. Ex dictis sequitur hanc Lutherum inter & Tigurinos renovatam litem particularem seu privatam fuisse; Nec ob eandem inita inter Saxones & Superioris Germaniæ Theologos Concordia & Societas rupta est. Nam ex

n] Lav. fol. 86. & 88.

dictis

•] Consil. Theol. Melanch. Part. 1. 2. 523.

dictis thesi præced. testimoniis quoq;
 liquet, Philippo Melanchthoni & D.
 Crucigero, Lutheri Collegis, renovatã
 litem nõ modo displicuisse, sed nec eos
 à concordia recessisse; uti & Philippus
 Melanchthon dictã epistolã ad Vitum
 Theodorum ait, *Horresco quoties hæc
 cogito & attingo invitus. Cum autem
 late spargantur responsa Lutheri, perlata
 illa sententiola in Helvetios accendet no-
 va certamina: id nollem fieri: foveamus
 nostrarum Ecclesiarum concordiam qua-
 lem cunque, & glutinemus eas quantum
 possumus, &c. Et ad eundem An. 44. Si
 tantum lacrymarum fundere possem, quã-
 tum undarum noster Albis pleno vehit
 alveo, non posset exhauriri meus dolor,
 ortus ex hac dissensione [p].* Addit D.
 Pezelius (q) Philippo Melanchthoni
 & Casp. Crucigero hanc discordiam sic
 displicuisse, ut Wittenbergã secedere
 cogitarint: sed Lutherum Melanch-
 thon-

F 3

thon-

p] Melanch. *Cons. Th.* p. 584. 585.

q] pag. 84. 85. *conf. Calixt.* §. 74.

thoni respondisse, *Hoc negotium meum manebit negotium, nec te illud suscipere aut defendere urgebo*: imo Amsdorpio incitanti, ut Wittenbergensibus certam formulam subscribendam præfigeret, dixisse, *se ad hanc, quam incoaverat, literam neminem invitum velle pertrahere.*

Sic nec ob hanc privatam inter Lutherum & Tigurinos offensionem *Argentineses, Bernenses, Basilienses, aliarumq; Imperii Civitatum Ecclesie ab initio concordie formula recessisse*, Bucerus (qui concordie Wittenbergensis formulam conceperat, & cui ut & Capioni D. Lutherus, literis ad Helvetios, omnem controversie decisionem commiserat) docet; dum non tantum *Argentinae*, eodem quo brevis Lutheri confessio edita est anno, publice in schola confessionis Wittenberg. articulos dictavit, declaravit, & Lutheri loquutiones, quibus Tigurini offendebantur, sacramentali modo exposuit, eaq; imprimi curavit; (*ut thesibus ipsius Tomo Anglic. videre licet*)

licet) sed & ipse ad Lutherum scripsit
 wir die wir die notel der einigung von euch! ange-
 stellt angenommen haben/ bleiben bey der angenom-
 men warheit alle vest stehen/ als die wir solche ar-
 ticul/ nach Christlicher gungfamer erwegung/ un-
 vertrauen auff das Göttliche Wort bewilliget/
 und auffgenommen haben. Die von Bern und
 Basel halten ihre confession vnnnd bekänntnisse/
 welche sie euch überschickt (*de qua th. 23.*) derma-
 sen lauter und rein/ daß sie gar gleich mit uns
 stimmen &c. [r].

Sed nec Protestantium Societatem illa
 litis renovatione dissolutam, alit biennio
 etiam post observatam fuisse, ex Ratis-
 BONENSI Colloquio, An. cl. lxxlvi. li-
 quet, quo Bucerus Ecclesię Argenti-
 nensis Minister *, non solum Prote-
 stantium membrum agnitus est, sed &
 primas colloquutoris partes sustinēs,
 Augustanam confessionē cōtra Petrum
 Malvandam

r] Pezel. pag. 68. 69. item 185.

* Qui triennio post cum Paulo Fazio, ab Ar-
 chiepiscopo Cantauriensi Thoma Cranmero in
 Angliam evocatus, ut ibidem purę doctrinę
 sementem facerent, Cantabrigiæ A. 1551. ætatis

F 4

suz

Malvandam à Pontificiorum parte col-
locutorem primum, nullo Augustanæ
Confessionis fratre repugnante, acriter
defendit [s]. Ut & hoc uberius ex thes.
4.5. & ult. liquebit.

XLII. Huic postremæ discordiæ *Cal-
vinum* immixtum non fuisse, nullamq;
Luthero cum Calvino litem fuisse, Lu-
theri iudicium de Calvini libello de S.
Coena, è Gallica lingua à Nicol. Galasio
in Latinam An. 1545. translato, abunde
comprobat. Quum illum libellum nu-
per editum, Möriz Goltzsch Biblio-
pola, Francofurto Wittébergam perla-
tum, Luthero exhibuisset, Lutherus e-
jusdem capite & calce perlecto Biblio-
s] Sleid. lib. 16. pag. 481. polæ

suæ 61. multis lugentibus obiit [†]: At Anno
1555. 16. Febr. dira illa persequutione in Anglia,
mota per Reginam Mariam, superstitiones Pa-
pales restaurantem, multosq; Evangelicos ad
supplicium trahentem, cum Paulo Fagio effo-
sus combustus est [*].

[†] vid. Buchole. *Ind. Chr. An. 1549. & 51.* Sleid.
lib. 21. pag. 655. lib. 22. pag. 703. Lavat. fol. 101.]
*] Buchole. *A. 1555.*

polæ respondit, Möritz, es ist gewiß ein gelehrter und frommer mann / dem hätte ich anfänglich wol dörfen die ganze sache von diesem streit heimstellen / ich bekenne meinen theil / wenn das Gegentheil dergleichen gethan hätte / wären wir bald anfangs vertragen worden / denn so Oecolampadius und Zwinglius sich zum ersten also erkläret hätten / wären wir nimmer in so weitläuffige Disputation gerathen. Quæ Lutheri verba plures adstantes Studiosi & Lutheri discipuli audiverunt; quos inter & fuit *Matthias Stoius*, Lutheri commensalis, qui postea Medicus Ducis Prusie multis fide dignis viris in Prusia eadem retulit [t]. Ex quo non obscure iterum colligitur, dissensum inter Lutherum & Tigurinos, ex male exposita alterius partis sententia ortum, verbalem tantum fuisse, ac Lutherum Tigurinorum sententiã ex Calvinii libello perceptã, ad pacem denuo inclinasse.

XLIII. Quod reconciliationis studium Lutherus, jam morti vicinus, planissime indicavit, dum, antequam Isle-

F 5

bium

t] Pezel. pag. 129. & 137. Conf. thesi nostra 39. Calvinii epist. ad Bulling.

bium (quo placide An. cl. l. XLVI. i. 8. Feb. in Domino mortuus est (u), proficisceretur, non rogatus Philippo Melanchthoni professus est; Sieber Philippe ich bekenn es / daß der sachen vom Sacrament zu viel gethan ist; quumq; Philippus responderet, *Ergo mi Domine Doctor, ut consulatur Ecclesiis, edamus lene aliquod scriptum, in quo sententiã nostram clarè explicemus*; Lutherus regeffit, *Mi Philippe, ego de hac re quoque solícite cogitavi, sed sic totam doctrinam suspectam redderem; itaq; hoc optimo Deo committam: agite vos etiam aliquid post mortem meã.* De hac postrema Lutheri confessione Pareus [x] sic scribit; *De Luthero etiã constans fama est, eum, non multo ante obitum, nimium suum calorem in negotio eucharistico Melãchthoni confessum esse; quæ historia refertur & idoneis testibus comprobatur à Nostris, Admonitione Neust. cap. 6. pag. 23.* Tales autè testes (ut de iis hoc addam) adduci possunt,

Philippus

u] Sleid. lib. 16. pag. 488. [x] in 1. Cor. 3. 13.

Philippus ipse, qui multis hanc Lutheri confessionem retulit; *D. Alexander Alesius*, Lutheri & Melanchthonis singularis amicus, Acad. Lipsensis Theologiae Professor, libello contra Tapperum; *Johannes Schlongrave*, qui à Bremensibus (quum à Nobili quodam *Herberto de Langen* hanc Lutheri confessionem percepissent) ad Philippum Melanchthonem missus, inquisiturus, an hæc ut narrabantur se haberent, à Philippo intellexit, vera Herbertum de Langen retulisse; Philippo addente, *Nunquam se hæc relata negaturum, imo & jam publice profiteri ac scribere, nisi Ecclesie turbas timeret, paratum esse, nõ autem se moriturum, antequam testamento suo ea testatus fuerit; (quod & dubio procul, ni mors ipsi testamentum scribere incipienti calamus è manu eripuisset [y], fecisset)* *Daniel Burenus*, ad quem quum *Fridericus Elector Palatinus* eodẽ quo Bremenses sine scripsisset,

y] Consil. Th. P. 2. p. 395.

set, manu propria ille respondit, Sere-
niss. Electori relata vera esse, quæ corâ
tota Ecclesia, imo toto mundo testari
non vereatur; *D. Albertus Hardenber-
gius, aliq; viri fide dignissimi [z].*

XLIV. A Morte statim Lutheri,
quamvis, ruptâ transactione Noriber-
gica, sævissimum ab Imperatore Prote-
stantibus illo anno sit illatum *Bellū (a)*
& per iniquissimum postea subsequutū
libellum INTERIM (*b*), errores Papa-
les amplectendi vi obtruderentur; Pax
tamen & tranquillitas, in Sacramentali
negotio, inter Protestantes eorumque
focios, rata mansit, & priores lites di-
rissimis illis persecutionibus magis o-
blivioni traditæ sunt. Sic *Brentius*, qui
strenue

z] Pezelii erzählung pag. 89....92. *Conf. Mellif.
Hist. Lampad. Part. 3. p. 447. Læti Comp. p. 399.*

a] de quo Sleid. lib. 17. 18. 19. [b] de quo vid.
Sleid. lib. 20. & 21. Melanch. *Consil. Th. P. 2. à p. 1.
usq; 97. ipsum autē libellū Interim vid. des Reichs
abschied zu Augspurg An. 1548. fol. des abschieds
ordnungen 13. & seqq. Part. 2.*

frenue quondam à parte Lutheri militaverat, ob illatum à Carolo V. bellum & librum *Interim*, in Helvetiã fugiens, humanissime ab iis exceptus, & omnia Christiana officia expertus nullam litẽ ibi accepit, nec ullam movit, sed fraterna utrinq; concordia servata est [c]. *

Sic & *Calvinus*, postquam jam dudũ Genevensi Professione & Pastoratu esset functus, ab Anno sc. 1541. iterum
Strasbur-

o] Mellif. Part. 3. p. 455. Lavat. fol. 90. Pez. p. 96.

* Sic & multi alii tam Lutheri quam Zwinglii sententiam sequentes, ob idem bellum eundẽq; librum *Interim* in exilium acti, beneficium apud Helvetios receptum habuerunt; ut *Georgius Comes Wirtenbergicus*, & *Ludovicus, Comes Ottingensis*, *W. Wolphius*, *Wolfgangus Musculus*, Eccl. Augustanæ Minister, *Blaurerus*, Constantiã fugatus, *Gervasius Scholasticus*, aliique; quorum tres postremi etiam Scholis & Ecclesiis apud eosdem præfecti sunt; & ex iis *Musculus* in illustri Schola Bernensi S. Literas explicans, multosq; libros edens, Anno 1563. 30. August. in Domino obdormivit. (Lavat. fol. 89. 90. Pezel, pag. 96. Mellif. Part. 3. pag. 455.).

Strasburgo vocatus, jure civitatis Strasburgensis adhuc fruens, Anno 1551. unanimi suffragio à Strasburgensibus ad Concilium Tridentinum Delegatus destinatus est, ut ibi cum aliis Augustanæ Confessionis Doctoribus communè Religionis causam tueretur [d].

XLV. Hæ vero Ecclesiarum Evangelicarum persequutiones per Dei gratiam An. clclo LII. desierunt; quando Ferdinandus Imperator PASSAVII pacem, Profitentibus, Augustanam Confessionem cõcedens, sanxit, *Ne ulla cuiquam propter religionem fiat molestia, usque ad primum imperii conventum [e]:* Qua transactione Concilium Tridentinum dissipatum, Captivis Principibus libertas concessa, & liber *Interim* sublatus est. Hanc transactionem An. clclo LV. in Comitibus AUGUSTANIS, excepit pernobile decretum; *Ne cui propter Augustanã Confessionem vis aut injuria fiat, facultates, possessiones & jura ne adimantur,*

[d] Pezel. pag. 163.

[e] Sleid. l. 23. p. 784. Mell. Hist. Lamp. P. 3. p. 456.

dimantur ne ve quispiam, ad deserendam religionem suam, contra cōscientiam cogatur, sed ut eadem, prout aut instituta, aut postmodo instituenda foret, libera permittatur, utque dissidium placidis & piis & æquis rationibus componatur [f].

His verò, Passaviensi & Augustana trāfactionibus, nullæ civitates antea in Augustanæ cōfessionis societate receptæ excluduntur, ut Flaccius eūq; sequētes postea clamitarūt, sed & postremæ post multam à parte Pontificiorum disputationem nominatenus includuntur **SOCII CONFSSIONIS AVGVSTANÆ (g)**, postquā hac ipsa tranfactione Imperii Principes Regi Ferdinando publice demonstrassent, *Noribergico, Spirensi & Ratisbonensi decretis (de quibus supra thes. 21. & 35.) omnes Confessionis Augustanæ Socios paci includi (h)*. Sic ut illa formula Augustanæ tranfactioni subjecta, *Qui sunt alterius religionis hac*

f] Reichs abschied zu Augspurg P. 2. in fol. 50. Sleid. lib. 26. pag. 856. [g] Sleid. l. 26. p. 848. 857. [h] Sleid. lib. 26. pag. 855.

in parte non comprehendantur, nullos Augustanæ Confessionis Socios concernat.

Hæc Passaviensis, Augustæ repetita transactio, postea An. cl. l. LVII. *Conventu Imperiali RATISBONENSI*, non modo renovata & repetita est, sed &, si dissidii in religione cõpositio differretur, aut tandem etiam non obtingeret, hanc transactionem perpetuo ratã fore, immerwehrendt gehalten werden soll/ decretum est [i]. Quæ iterum pax An. cl. l. LIX. in Comitiiis iterum AVGVSTANIS, simili formali, daß dieselbige für und für kräftig und bestendig bleiben soll/ repetita est [k]. Quibus etiam Comitiiis nulli Augustanæ Confessionis socii excluduntur; ut nec postmodũ exclusos esse *thes. ult.* dicetur.

XLVI. Licet verò, grassantibus sævissimis persecutionibus, quas *th. 44.* lectori fecimus palam, Protestantium societas, ad quam se mutuo applicue-

i] Reichs abschied P. 2. f. 109. rant,

k] Reichs abschied f. 120. Mell. P. 3. p. 456.

rant publicè rupta non fit, nō tamen E-
 vangelicarū Ecclesiarū res omnino fue-
 runt trāquillæ, quin variarū opinionū
 litibus inter se subortis, subinde cōfli-
 ctarentur. Nā A. c. 1604 XLVIII. & XLIX.
 cum, jussu Electoris Mauriti, Theolo-
 gis Wittenbergensibus, & Lipsensibus,
 ob libellum *Interim*, congregatis, visū
 & judicatum, An, in *Adiaphoris*, Pon-
 tificiis quid concedi posset, velut Cer-
 bero offam ceremoniarum objiciendo,
 Philippus Melanchthon, pacis obtinē-
 dæ causā, aliquale externorū, in Papatu
 receptorum, rituum, salutē non con-
 cernentiū, observantiam tolerari posse
 judicaret, & religionis formula, in Mau-
 ritii finibus sequēda, eate nus Lipsiæ cō-
 scriberetur, *Lubecenses, Luneburgenses &
 Håburgenses* se graviter *Wittenbergē sib.
 & Lipsensibus* opponunt, multisq; editis
 libellis eos incusant, quasi progredērē-
 tur in absurdam adulationē, & ancipi-
 ti ista *Adiaphororū* indulgentia, novos
 Pontificiæ Religionis spiritus afferrent,
 § quibus

quibus Protestantium Ecclesiam eo majori postmodum audacia in pristina non repeterent servitutem; sustinentes, *Omnes ceremonias, quantumvis naturam indifferentes, desinere esse adiaphoras, quumvis, & opinio cultus & necessitas accedit, atque impietatis datur occasio.* Hos inter primus MATTHIAS FLACCIUS ILLYRICUS, vir alias publicis suis scriptis bene de Ecclesia meritus [1], Wittenbergam, ubi Professione functus, Magdeburgum se recipiens, hoc & seq. annis, Melancthon, suo quondam Promotori, aliisque, quos *Adiaphoristas* appellabat, Doctoribus, multam de ritibus externis adiaphoris abrogandis litem, maximo impetu movit; uti ipse Melancthon [m] valde de eo conqueritur: quum, *jubentibus sic Principibus, servitutem quampiam in servandis quibusdam ritibus externis festorum, lectionum, & vestitus, ubi doctrina integra retinetur, potius esse subeundam, quam Evangelij*

ministe-

[1] *vid. de corthes. nostr. 1. [m] Consil. Theol. Part. 2. p. 104. & 253. 257. 284.*

ministerium, per eorum detractionem, deserendum, judicaret, diceretq; , alia onera graviora quam lineam vestem, Ecclesie causâ, sustinenda esse; reposuit Flaccius Illyricus, Vastitatem potius faciendam in templis, & seditio- num metu terrendos Principes: Cujus tristis sententiae author Melanchthon esse noluit [n].

Mauritius etiam, datis ad suos literis, ab eadem criminatione, quasi, per rituum quorundam tolerantiam, veterum Pontificiorum errorum revocationi pedentim viam sterneret, se purgat [o].

XLVII. Hac de Adiaphoris lite Melanchthoni mota nondum defæviit Flaccius Illyricus, quin mox & ejus doctrinam aggreditur, accusat ejusdem Recognitionem Confessionis Augustanae, quasi, à prima Confessione Augustana deficiens, nec tenoris sui permanens, privato sui ipsius spiritu & magisterio eam immutasset, &

[n] Sleid. l. 21. p. 654. & 658. & l. 22. p. 681. Melanchth. dicto loco. Conf Bucholc. An. 1549: Pezel. p. 97. Hulsii conferentis p. 174. [o] Sleid. l. 21. p. 663.

set, & mutando vitiaffet: & sic schisma
 authore hoc Flaccio ipsos Lutheri dis-
 cipulos ab invicem distraxit. Ipse certe
 Flaccius, factione quadam comparata,
 omnes quibus Melanchthonis senten-
 tia in Confess. Augustanæ Recognitio-
 ne & Corpore ejus *Doctrina* manifesta-
 ta, displicebat, in suas partes pellexit;
ut in seqq. dicetur. †

Nam

† *NOTA & hîc turbas, ab ANDR. OSIANDRO
 excitatas, dum An. 1550. & 51. novo docuit do-
 gmate, Hominẽ non justificari fide, sed justitia Chri-
 sti in nobis inhabitantis; Collegis ipsius, pesti-
 ferum ejus dogma esse demonstrantibus, qui ju-
 stitiam fidei, qua redempti & justificati sumus,
 neget in sanguine & morte Christi consistere:
 dum alio etiam libello contendit, etiamsi pro
 Adami peccatum non fuisset perditum genus hu-
 manum, tamẽ nasciturum fuisse Christum. (Sleid.
 l. 22. p. 700. Melanch. Consil. Th. P. 2. p. 155.... 158.
 Bucholc. p. 567. ubi et observa hoc Bucholceri de
 Osiandro judicium, Vir ille fuit αὐτοδίδακτος,
 nullius Academiae discipulus. Refutatos hos Osi-
 andri errores vid. Calvini instit. l. 1. c. 15. §. 3. 5. l. 2.
 c. 12. §. 5. 6. 7. l. 3. c. 11. §. 5. & seqq.)*

Note

Nam Confessionis Augustanæ articulus x. quum primū Augustæ Carolo V. Imperatori exhiberetur, sic, prout à Melanchthone cōceptus, sonabat; *Corpus & sanguis Christi, sub specie panis & vini verè adsunt, & distribuuntur vescētibus in Cæna Domini*: qui quum, frustra in spem pacis religiosæ à Cæsare (qui Missam *Cor suum* appellabat) obtinēdæ

Nota etiam bellum de bonis operibus, hoc anno enatum; GEORGIO MAJORE defendente, Bona Opera esse necessaria ad salutem, AMSDORPHIO contrà eadem ad salutem noxia & pernicioza statuente: quæ postrema propositio à plerisq; E-vāgelicis, velut inconcinna, contorta & violēta est explosa. (Bucholc. An. 1551. p. 570. Melanchth. Cons. Th. P. 2. p. 356...359.)

Huc item refer FRANCISCI STANCARI, Mātuâ Itali, in Franckfordiana Academia certamen motum, contendentis contra Musculum, Christum secundum humanam tantum naturam esse Mediatorem. (Bucholc. ibidem, Melanchth. Cons. Th. P. 2. p. 169. 170. item literis ad Albertum Hardenbergium à Pezelio separatim Anno 1589. Brenæ editis, lit. E. 8. & F. 1.)

tinendæ, sic à Melanchthone, ut articuli hujus controversias tegeret, conceptus, Transubstantiationem, etiã juxta apologiæ declarationem, non obscure firmaret, prima statim editione An. 1531. sic correctus est; *De Cœna Domini docent, quod corpus & sanguis Christi verè adsint, & distribuuntur vescentibus in Cœna Domini: & improbant secus docentes.* Quæ verba generaliora quidẽ sunt, & sano sêsu à Nostris admitti possunt, sed speciatim intelliguntur de Consubstantiatione, sive de existẽtia corporis & sanguinis Christi in pane ac vino, quæ fuit Lutheri sententia, quam & moderni ejus discipuli sequuntur; quãvis nonnulli vocule *In* jungant *Cum* & *Sub*: & hanc ejus articuli lectiõnem, ut genuinam, servari volunt. Post Wittenbrgensẽ verò Concordiam, An. 1539. Melanchthon Confessionẽ Augustanam ejusq; Apologiam recognoscens, illam clausulam, *& improbat secus docentes*, omisit, quod Wittẽbergensis

gensis

genfis Concordia requirebat; articulu autem his verbis concepit, *De Cæna Domini docent, quod cum pane & vino verè exhibeantur corpus & sanguis Christi vescentibus in Cæna Domini.* Quæ loquutio, *cum pane & vino*, juxta secundum Wittenbergensis Concordiæ articulum, (*de quo thes. 29.*) cui Lutherus & Melanchthon ipsi suscripserunt, intellecta, non denotat localem inclusionem corporis & sanguinis Christi in pane & vino, nec ponit, prout Lutherus disertis verbis epistolâ ad Helvetios (*supra thes. 33.*) testatur, descensum Christi ex Cælo in panem; sed significat cõjunctâ exhibitionem & perceptionem signorum & signatorum in legitimo usu, ut sc. tempore, non loco, utraq; cõjungi intelligantur. Quæ emendata Melanchthonis confessio, dicta fuit, *Augustana Confessio & Apologia recognita.* Hæc confessio postquam integro decennio securam vitam egerat, primus *Flaccius Illyricus* contra adversari,

F 4

fari, & multa acerba in ipsam invehi
 coepit. Nam ea, non modo, mox ab i-
 pso Luthero & Brentio approbata, sed
 & ab illo tempore, in variis Colloquiis
 & Comitiiis, à Protestantibus Principi-
 bus & Doctoribus publicâ authoritate
 exhibita & defensa fuit: frustra etiam
 An. 1540 in *Haganoico conventu*, Ec-
 cio & Pontificiis petētibus, ut articulus
 de S. Coena, prout Augustæ exhibitus
 erat, invariatus observaretur; quod ve-
 rérentur ex hac Melanchthonis corre-
 ctione litem sacramentalem inter Pro-
 testantes facile compositum iri: frustra
 etiâ Flaccio, ejusq; aſſeclis, magna cō-
 motione, hanc à Melanchthone in me-
 lius mutatam, & ab ancipiti Romanæ
 Ecclesiæ phraseologia liberatam con-
 fessionem arrodentibus; quū An. 1561.
 defuncto jam præcedenti An. Melāch-
 thone, in *Comitiis Naumburgensibus*,
 Principes, Ferdinando Imperatori,
 scripto, declararint, se illius animi & ſē-
 tentię non esse, quòd à declarata & ex-
 hibita

habita An. 40. Confessione Auguftana, (quæ præcedenti Anno à Melanchthone erat conſcripta) recedere, aut ab ea dimoveri vellent; quoniam ea à prioris ſenſu ne latum unguẽ diſcederet, & ad varia habita colloquia & diſputationes cum Adverſariis, in quibusdam articulis, clarioribus ac tutioribus verbis ſit conſtructa, quò divina veritas, ab omni idololatria & traditionibus humanis purgata, magis magiſq; manifeſtaretur; imò & eadem prout An. 40. & 42. typis expreſſa, in plerisq; ſcholis & Eccleſiis jã uſu recepta ſit [p]: quod decretũ Naumburgenſe poſtea An. 1568. Synodo Aldenburgenſi renovatũ eſt, ut *theſi penult.* dicetur. Ex hac varia, & toties ingeminata, recognita Melanchthonis Confessionis approbatione, ejusdem *doctrinæ integritas*, & cũ Auguſtana Confessione, quanquam caſtigatioribus verbis majus in veritatem

F 5 lumen

p] vid. Mellif. Hiſt. P. 3. p. 444. ejusq; erzehlũg p. 61...64. Altingii Exeg. Confes. Auguſt. p. 3. & 69. 70. & 119. 120. Hulſii Conferentio p. 162. 163. 165.

lumē inferens consensus, à Flaccii quo-
 q; , qui omnia aliorum acceperat , vin-
 dicatur acerbitate. Et tantum abest,
 Melanchthonis doctrinā, ob hanc Cō-
 fessionis Recognitionem, à quopiam,
 ante hunc Flaccii assultum, in dubium
 fuisse vocatam, ut non tantum in variis
 colloquiis, primas colloquutoris par-
 tes, post dictam Recognitionem, te-
 nuerit, sed & An. 1541. in *Wormatiensi*
colloquio, illi soli delecto, causam Pro-
 testantium, ab Eccio defendere, ipsius
 fidei & orthodoxiæ, quæ à nemine ti-
 mebatur, fuerit permissum; unde qui-
 dem etiam egregiam conservatæ con-
 fessionis laudē tulit [*q*]: imo & nō ob-
 stāte hac Flaccii criminatione, A. 1551.
 illi, ut primo Doctōri, *Saxonicam Con-*
fessionem, ad *Tridentinū Conciliū* mittē-
 dam, conscribere commissum fuerit;
 quæ 8. Julii, Lipsiæ, jussu Mauritiū, re-
 citata, omnium Theologorum, qui ex
 multis Principatibus ac Urbibus con-
 venerant

F6

venerant

(4) *Sleid. l. 13. p. 373.*

venerant, assensu comprobata fuit: uti & *Brentius*, Ducis Wirtenbergici mandato, *Wirtenbergicam Confess.* eodē tēpore in Concilio Tridentino exhibendam consignavit. Separatim autem quamvis hæ Confessiones sint exhibitæ, ne Cæsar factæ cujusdam societatis conciperet suspiciōnem, missis tamen utrobique libellis, & *Saxonicam Wirtenbergenses*, & *Wirtenbergicam Saxones*, & utramque pariter *Argentineses* Theologi, cum legissent, mutua lectorū habentes sententiā, approbarunt [r].

XLVIII. Sed majores experta est turbas Ecclesia, pace Evangelicis ab Imperatore iterum concessā, dum turbulenti & ἀκατάστατοι homines indies dissidia & lites latius diffeminantes, à communi Ecclesiæ hoste liberati, tentatore ad tempus abscedente, in propria Ecclesiæ viscera infaustra arma torserunt.

Sic eodem, quo Pax Evangelicis Passa-
vii

r] Id. l. 22. p. 707. Buch. A. 1551. p. 570. Utramque autē Confessionē vide Syntagmate Cōfessionū.

vii est concessâ, Anno cl^o l^o LII. JOACHIMUS WESTPHALUS, Pastor Hamburgensis iis Evangelicis, quibus pacem Imperator sæpius concesserat & publica fide data sanciverat, *Ne ullâ à Pontificiis Principibus injuria afficerentur*, ipse qui Evangelicus audire cupiebat, litem movere non erubuit, *primusque* ausu nefando in innocuum Calvinii nomen invidiam commovit, & per novam Partium onomatopoiian, Apostolo valde exosam & detestatam, *Calvinistarum & Calvinianorum* odiosa nomina velut horrenda religionis monstra, in orbem introduxit, ac magnum Ecclesiarum schisma concinnavit. Hic Westphalus quo plures essent litiû proventus, ante omnia, concordiam litibus inimicam, turbendam ratus, primùm Tigurinorum & Calvinii seu Gallicarum Ecclesiarum Confessionem (de qua supra thesi 36. exagitat, opposito illi libello, quem inscripsit, *Farraginem confusanearum, & inter se dissentientium opinionum de Cæna Domini*

Domini

Domini ex Sacramentariorū libris con-
gestam: qui titulus ejus prodebat ani-
 mum, quòd vetera odia retractans, ex
 extincti prioris diffidii cineribus hinc
 inde favillas, ad novum conflandum
 ignem, quæfiverit. Et ut ille magis
 hoc Ecclesiæ restaurato incendio, ve-
 lut alter Heroftratus templi Dianæ E-
 phesinæ incensione, inclaresceret, mox
 perguit seq. Anno LIII. & LV. ejusdem
 argumēti scripta dispergere, ut tandē
 posteriori Anno *Calvinus* illi respōde-
 re opus haberet, nomine tamē ejus, (si
 forte ille corrigi posset ad frugē) sup-
 presso, donec tandem sequenti A. LVI.
 (quo & Bullingerus edita apologia Ti-
 gurinorum sententiam de S. Cœna ab
 afflictis calumniis sine ullius nominis
 recensione vindicavit) multis probris
 victa *Calvini* patientia, mentionem
 ejus *σπερμολόγῃ* amplius non reformida-
 ret, nec nomine abstineret, quin Anno
 LVII. postremā suam ad ipsum ederet
 admonitionem, cui si non obtempera-
 ret,

ret, eo sit habendus loco ac modo, quo Paulus habeat contumaces [s].

XLIX. Et sic, quæ aliquot annos sepulta jacuerat, lite sacramentariâ ab hoc Westphalo resuscitatâ, & *Johann. Stoltzio, Joh. Timanno Amsterodamo*, aliisque ad ejus partes accedentibus, latè dispersâ, magis quam unquam antea à Nostri alienati, inq; eos exacerbati sunt, ut non modo privatim & publicè, odiis já bello ardentibus, eos impugnarent, & Principibus & populo exosos redderent, sed & An. LIII. dirâ persecutione Anglicâ, (*cujus & in notis ad thes. 41. p. 88. mentionem fecimus,*) exules ob Reformatam religionem Anglos, quos inter & erat *Joh. à Lasco*, (aliter ac Helvetios *thes. 44. fecisse diximus*) perfugium apud ipsos quærentes, ope Magistratus cæco zelo ab ipsis inducti, Daniâ & Saxonix quibusdâ civitatibus maritimis ejicerent, & publicis edictis omni hospitio iis interdicerent,

s] Lav. à fol. 104. usq; 118. conf. Sleid. p. 845. 846.

terdicerent, imo aliquot millia Reformatæ Religionis Martyrum, (quorum historiam nobis dedit *Joh. Foxus*, uti & illorum exulum *Joh. Utenhovius*) in Anglia, Gallia, Belgio ob religionem à Papanis miserrime ad supplicium raptorum, *Diaboli martyres* nuncuparent [t]: ingemiscente admodum cum omnibus pijs ad has turbas Melanchthone, etiam Vefalienses, ne Anglos & Gallos hospites, ut qui nec anabaptistarum, nec aliorum blasphemias opiniones contra filium Dei foverent, civitate, ad quorundam imitationem, pel-lerent, sed ad Francofurtensium & Argentinen- sium exemplum, iis hospitium præberent, & Religionis exercitium permitterent, admonente [u].

L. Infelici hac lite Sacramentaria & Westphalo renovata, *Flaccius Illyricus* ejusq; a seclæ, non exfatiati schismate
inter

[t] Lavat. fol. 105. 106. & 108. Pezel. p. 101. 102.

[u] Melanchth. Conf. Theol. Part. 2. p. 251. Conf.

Pezel. erzählung, pag. 101. 102. 104.

inter ipsos Lutheri discipulos concitato, etiam in Zwinglii discipulos, à Westphalo impugnatos, impetum faciunt, eosque à Protestantium societate, & pace ab Imperatore concessâ secludi, ac condemnari, per Principes suos petunt. Sic ejusdem Flaccii instinctu, inter alios Doctores *Snephias*, Lector Jenensis, *Morlinus*, *Sarcerius*, *Victorinus Strigelius*, *Stoffelius**, Principis sui Vinariensis, Johann. Frederici mandato, in COLLOQUIO WORMATIENSI, inter Pontificios & Evangelicos, de controversiis Ecclesiasticis, An. cl. 1541. jussu Regis Ferdinandi habito, primo statim conventu, etiam ante congressum cum Pontificiis, efflagitant, ut *Zwingliani* (sic Christi discipulos, Zwinglii ministerio ad lucē Evangelicā adductos, contra Pauli [w] & proprii D. Lutheri [x] monita, nuncupabāt)

* quorum tamen duo postremi mox sanioerem acceperunt mentem.

[w] 1. Cor. 3. 3. 4. 5. [x] Oper Germ. Witten. 2. f.

pabant) unà & cum *Osiandro, Adiapho-*
ristis, iisque qui Bona Opera ad salutem
necessaria dicerent, condemnentur; nec
 à legatis, Melanchthone aliisq; frater-
 ne interpellati, & ab Electore Palatino
 (cujus in dictam condemnationē con-
 sensum frustra quidā antea tentarant,)
 scriptis ad omnes Evangelicos literis
 admoniti, acquiescunt, donec conde-
 mnationis formulam, cæterorum Evā-
 gelicorū Principū legatis præsentibus
 exhibuissent; & cum Pontificii deinde,
 colloquii abrumpendi occasionem ca-
 ptantes, in Zwinglianos, Osiandrum &
 Illyricum decretoriam sententiam fer-
 ri quoque peterent, cupiunt S nephius
 ejusque focii, jam à se exhibitā legatis
 Evangelicis condemnationis formulā
 etiam coram Pontificiis publicè recita-
 ri, cumq; Evangelici improbam hancce
 operam adversus fratres molestis istis
 flagitatoribus denegarent, eandem ipsi
 Pontificiis offerunt, & colloquium de-
 ferentes, domum concedunt, atque fa-

H

Eta

Et a distractione, solum Pontificiis expetitā colloquii rumpendi ansam dant, ne utiquam verò cæteros Protestantes Principes & Status, Doctoresve in suas partes trahunt, ut præcipiti banno, quem operose nimis anhelabant, succlamarent; qui ab eo usque adeo alieni fuerunt, ut & pro afflictis in Gallia Evangelicis, ex amussim ad Zwinglii sententiam (ut quidem publicè oblata eorū in colloquio confessio * palā facit,) sentientibus, apud Henricum II. Gallie Regem deprecarentur. [γ]

LI. *Hæc* ab Illyrico & Westphalo resuscitata-

[γ] vid. Melancht. *Conf. Th. P. 2. à pag. 286. usq; 309.* Pezel. *erzählung p. 193..195.*

* à *Gulielmo Farello*, Ecclesiæ Neocomensis Pastore, *Iohan. Budaο*, cive Genevensi, *Casparo Carmelio*, Ecclesiæ Parisiensis Pastore, *Theodoro Beza*, Lausanensis Academ. Lectore, conscripta, & in dicto colloquio *Melanchthoni*, *Brentio*, *Ioh. Pistorio*, *Michaëli Dillero*, *Ioh. Marbachio*, *Georgio Cargio*, *Iacobo Andrea* exhibita. (vid. *Melancht. ibid.*)

fuscitata *dissidia Evangelica* mox *latius*
serpunt. Hinc ab utraque parte varii e-
 duntur libelli bellatores; & utrinq; exi-
 tum est maximâ copiâ; ac Flaccii quidē
 Illyrici aſſeclæ in Zwinglianorum, ut
 loqui amabant, capita quasi execrari, &
 nescio quas furias ipsis invocare cœpe-
 runt, velut pestilentissimos hæreticos
 (forte eodē jure quo olim Tertullus A-
 postolū Paulum *ἀνδρα λοιμὸν*) abominari,
 tam in scriptis, quam licentia concionū
 hoc cōvitiandi morbo, velut sacro igne
 incendia facere, quin & Ecclesiæ suæ
 exfortes & omni politica societate in-
 dignos pronunciare; Helvetii contra &
 qui ejusdem cum iis erant sententiæ,
 strenue licet & mascule sese defēderēt,
 neminem tamen adversæ partis temere
 condemnabant, sed eosdem fratres ap-
 pellabant, exulibus hospitium præbe-
 bant, & honorifice semper de Luthero
 loquebātur, nec legitima tentandæ cō-
 cordiæ media rejiciebant [z].

H 2

West-

z] Lavat. fol. 111. 112. & seqq.

§ 2. *Westphalo*, Calvinum, aliosq; cū ipso sentientibus, scriptis suis laceffere pergenti, cum Calvinus, (*ut thes. 48. in fin. dictum*) respondere ulterius nollet, respondet An. 1559. *Beza. Brentius*, Ducis Wirtenbergici consensu An. 56. cum *Joh. à Lasco* colloqens, in sententiæ suæ subsidium ad Ubiquitatē, quæ aliquandiu sepulta jacuerat, confugit, eamque ex sopore resuscitat.

§ 3. An. clō lō LIX. Flaccii aßeclæ *Librum Confutationū* edunt, quo quod in Colloquio Wormatiensi ab aliis Principibus obtinere non potuerāt, nomine & autoritate juniorum Principum Saxon. Vinariensium perficiunt, & Principum in Francofurtensibus Comitiiis, (*de quibus supra thes. 47. **) decretum, quo Augustanam confessionem, à Melanchthone recognitam, denuo approbabāt, nō modo confutare præsumunt, sed & Zwinglianos expresse cōdēnant, ac *Corpus Christi non solum in cælo, sed &*

in

* vid. ad calcem libri addenda ad pagin. 104.

in terris in S. Cæna substãtialiter præsens esse, & tã ab indignis quã dignis corporali modo, ore corporis sumi docent, & Strigelium (de quo pag. 112.) atq; Hugeliũ, quòddictum librum approbare recusarent, Jenã Gotham in carcerẽ trahunt. Quem procedendi modum Landgravius Hassiæ apud Principes Vinarienses conqueritur. [a]

§ 4. Eodem hoc Anno in *Heidelbergenfi Academia* inter duos Theologos, **TILEMANNUM HESHUSIUM** & **WILHELMUM CLEBITIUM**, illum à Lutheri, hunc à Zwinglii parte, magna lis enascitur. Fridericus Elector Palatinus, Melanchthonis, ex terris suis, oppido sc. ad **Rhenũ Bretta**, oriundi, judiciũ & consilium rogat, qui per epistolam sententiam suam liberè profitetur; cujus quædã excerpta, Melanchthonis & dissentientium sententiam, præsentinostræ materiæ accommodatissimam, plenius manifestantia, hic appono:

H 3

Non

a] Lav, fol, 114. 121. 123. Conf. Hulf. p. 182. 186.

Non dubium est de controversia cœnæ ingentia certamina & bella in toto orbe terrarum secutura esse: quia mundus dat pœnas idololatrię, & aliorum peccatorum. Probo igitur consilium Illustrissimi Electoris, quòd rixantibus utrinque mandavit silentium, ne distractio fiat in tenera Ecclesia, & infirmi turbentur in illo loco, & vicinia: & optarim rixatores in utraq; parte abesse. Secundò remotis contentiosis, prodest reliquos de una forma verborum convenire. Et in hac controversia optimum esset retinere verba Pauli: *panis quem frangimus, κοινωvία ἐστὶ τοῦ σώματος*. Et copiosè de fructu Cœnæ dicendum est, ut invitentur homines ad amorè hujus pignoris, & crebrum usum. Et vocabulum κοινωvία, declarandum est. Non dicit, mutari naturam panis, ut Papistæ dicunt: Non dicit, ut *Bremenſes*, panem esse substantiale corpus Christi: Non dicit, ut *Heshusius*, panem esse verum corpus Christi: sed esse κοινωvίαν, id est, hoc, quo fit consociatio cum corpore Christi: quæ fit in usu, & quidem non sine cogitatione, ut cum mures panem rodunt.

A cerrimè pugnant *Papistæ, & eorum similes*, ut dicatur corpus Christi extra sumtionem inclusum esse speciebus panis, aut pani: & postulant adorationem, sicut *Morlinus* Brunsvigæ dixit

dixit: Du mußt nicht sagen/ *Mum/Mum*/son-
 dern du mußt sagen / was dieses ist/das der Prie-
 ster in der hand hat. *Sacerdotis* jubet delapas
 particulas colligi, & erasa terra comburi. Cùm
 Wormatiæ essemus ante biennium, quæstio ad
 nos mittebatur ex aula quadam: An corpus
 Christi descendat in ventrem? Talibus prodi-
 giosis quæstionibus rejectis, utiliùs est retineri
 formam verborum Pauli, & de fructu rectè do-
 ceri homines. Adest filius Dei in ministerio
 Evangelii, & ibi certè est efficax in credentibus,
 ac adest non propter panem, sed propter homi-
 nem, sicut inquit: Manete in me, & ego in vo-
 bis. Item, Ego sum in patre meo, & vos estis in
 me, & ego in vobis. Et in his veris consolatio-
 nibus facit nos sibi membra, & testatur, se cor-
 pora nostra vivificaturum esse. Sic declarant ve-
 teres Cœnam Domini. Sed hanc veram &
 simplicem doctrinam de fructu, nominant qui-
 dam cothurnos: & postulant dici, an sit corpus
 in pane, aut speciebus panis? Quasi verò Sacra-
 mentum propter panem, & illam papisticam ado-
 rationem institutum sit. Postea fingunt, quomo-
 do includant panem: alii conversionem, alii
 transubstantiationem, alii ubi-quitatem excogi-
 tarunt. Hæc portentosa omnia ignota sunt eru-
 ditæ vetustati. Negat *Heshusius* se assentiri

Origeni, qui nominat panem & vinum *σύμβολα τῆς σώματος ἡ αἵματος*. Rejicit contumeliosè Clementem Alexandrinum. Pronunciabit eodem modo de Augustino, Ambrosio, Prospero, Dionysio, Tertulliano, Beda, Basilio, Nazianzeno, qui nominat *ἀντίτυπον σῶμα*, Theodoreto, qui ait de pane; *φύσιν ἔμελαβαλῶν*. Quæ est igitur tanta authoritas Heshufii, ut ipsi potius assentiatur, quam tot probatis veteribus scriptoribus, qui perspicuè testantur, tunc Ecclesiam non habuisse Pontificium dogina, & adorationem?

Opto etiam ut aliquando in pia Synodo de omnibus controversiis horum temporum deliberetur.

Pari modo & ad Joh. Craterũ loquitur, quod & subjungere lubet:

Memini me Luthero ante annos 20. in itinere, cùm & placidior, & hilarior esset, recitare veterum Græcorum & Latinorum dicta, quæ expressè dicunt, panem & vinum *σύμβολα*: Item *ἀντίτυπα* esse: Item, signum: Item, figuram. Cumque adderem, recentem errorem esse, ponere *τῆς ἀρτης μεταβολῆς, ἢ μετασχημῶσιν*, (sic enim recentiores loquuntur) ibi ille hæc verba subjecit: Mirum esset, in Ecclesia recenti potuisse tantum errorem tam diu hæerere, & tam latè recipi. Repressi me, ac mirabar eum tempore in
hac

hac re moveri, cum in aliis non moveretur. Augustinus contra Adimantum expresse inquit: Non dubitavit Dominus dicere, hoc est corpus meum, cum daret signū corporis. Tertullianus expresse inquit: Hoc est corpus meum, id est, figura corporis. Origenes expresse inquit, *περὶ φέρει ἢ ἡ ἐκκλησία τὰ τοῦ σώματος & καὶ τοῦ αἵματος & σύμβολα.* Canon vetus apud Græcos nominat *ἀντίτυπα σώματα.* Nazianzenus etiam hac voce utitur: nominat panem *ἀντίτυπον σῶμα.*

Hoc iudicium Heshufius offensus sequenti anno, quo Melanchthon obiit, publico scripto accusat; cui *Paulus Eberus*, Melanchthonis collega respondet [b]. Elector, Ecclesie consulturus, & Heshufium & Clebitium honeste dimittit [c].

LII. Ex haftenus de *Melanchthone* dictis, aliisque ejus scriptis & epistolis, ejusdem invicta in perferendis injuriis patientia, indefessum pacis studium, intimus ob dilaceratam Ecclesiam minimeque fucatus luctus, & in veritate

H 5 prote-

[b] Melanch, *Conf. Th. P. 2. p. 377.... 385. Lav. fol. 123. & seqq.* [c] *Læti Compend. p. 413.*

protegenda, atque erroribus modeste
convincendis, maxime in ubiquitatis
dogmate, (cui, quum ipso vivente de
eo mussitaretur, ut meræ naturarum
confusioni Eutychnianæ se quoad vixe-
rit repugnaturum dicebat) perstringē-
do, constans ac firmum propositum e-
lucet. At postquam primarius hic post
Lutherum Doctor, ætate, doctrina &
virtutibus venerandus, An. clbclx. 19.
Aprilis, (defuncto etiam paulò ante in
Polonia Joh. à Lasco *) ex hac miseri-
arum valle in cœlestem requiem subla-
tus esset, Ecclesię turbones, illo, qui ob-
stabat, remoto, eandem quotidie magis
magisque, Ubiquitatis aliorumq; do-
gmatum nova auctoritate seu introdu-
ctione, & controversiarum congemina-
tione, atque horrendis persecutioni-
bus infinitè affligere, ac totius non mo-
do Germaniæ, sed & Hungariæ, Bohe-
miæ, Prusiæ, Poloniæ, Daniæ, Galliæ,
Angliæ, Belgiiq; Ecclesias Evangelicas
tristissi-

*cujus ortū, res gestas, vitā & obitū vid. Lav. f. 127.

triftiſſimo ſchismate lacerare, hoſtibus-
que veritatis, eaſdē, velut oves diſper-
ſas lupo, dilaniandas objicere.

LIII. Refert CALIXTUS [*d*] ante
paucos abhinc annos in Academia Juli-
a Helmſtadienſi Profeſſor, Lutherum,
de reſponſo ad Zwinglii & Oecolam-
padii argumentum, *Chriſti corpus in cœ-
lo, nec propterea localiter in cœna eſſe*, ſo-
licitum, ex ſeſſione Chriſti ad dextrā
Dei, *Ubiquitatem* ejus corporis, diſpu-
tationis zelo abreptum, in reſponſionis
ſubſidium deduxiſſe, ſed eam tandem
intermiſiſſe & cum nemine de eadem
litigaiſſe: at diu poſt mortem Lutheri
An. clo lo LX. à quibusdam, quos inter
primarii *Joh. Brentius & Jacob. Andreæ*
ab Auguſtana Confeſſione recedentes,
dormientem & ſepultam è cinerib9 re-
ſuſcitataſſe eſſe; non tamen omnibus Lu-
theranis, non *Danis*, non *Holfatiis*, nō
Noribergeniſibus, non *Helmſtadienſibus*,
nō aliis multis obtrudi potuiſſe: adeoq;
partem

d In ſeinem Gutachten § 40. 44. & 45.

partem tantum Protestantium, qui Lutherani dicuntur, Ubiquitatem defendere, reliquos verò unà cum omnibus totius orbis Christianis, tam Pontificiis quam Reformatis, eandem, ut móstrósam, explodere. In qua Calixti sententia ejus discipuli constantissime etiamnum perdurant, & ea propter rigidioribus Protestantium, *Calixtini* dicti, æq; sunt exosi ac quidē Reformati ipsi.

LIV. Et sane *ab obitu Philippi Melanchthonis* maximos Ecclesia sensit motus. Ille enim simul ac è vivis excessit, effervescentes *Flaccii* *asseclæ*, qui toti in fermento erant, *caput in altum extollūt*, & ac si in rabiem ira pervenisset, quælibet tam scriptis quam aliis artibus attentare ac perficere nō reformidant. Mox per Fridericum II. Saxonix Ducem, ejus socerum Fridericum III. Palatin. Religionem ex Melanchthonis & Calvinii sententia in terris suis reformantem, à proposito suo abducere tentantes, eundem Heidelbergam, duobus
Theo-

Theologis, *Morlino* & *Stoffelio* (de quib. *supra p. 112.*) stipatum, ire inducunt; qui Doctores publicis thesibus Consubstantiationem in Academia, præsentem utroq; Principe, defendere suscipiunt: ast tam strenuos sentiunt opposcentes *Petrum Boquinum* Theolog. & *Thomam Erastum* Medic. sed insignem quoque Theologum, ut *Stoffelius* à meridie disputationem continuare recusaret, & paulatim ad *Calvinum* cominus accederet.

§ 2. *Fenenses*, *Flaccii* item *Affecclæ*, publica supplicatione à Principibus suis Synodum qua controversiæ componerentur sollicitant; sed *Zwinglianos* ab ea secludi volunt: at *Landgravius Hassiæ*, exploratâ *Bullingeri* sententiâ, Ducem *Wirtenbergensem* dehortatur, ne Synodum, qua soli *Flaccii* *affecclæ* iudices sedeant: & ad exemplum *Concilii Trident.* absq; legitimo examine, alios pro libitu condemnent, indulgeat.

§ 3. Edit porro hæc ipsa *Flaccii* soboles
quartam

quartam Centuriam historiae Ecclesiasticae, Reginae Angliæ adscriptam, quam rogant, ut Ecclesiam suam à Zwinglianis purget; scilicet illi lolio victitan- tes luctuosæ in Anglia quoq; persecu- tionis semen esse volebant. Promulga- tur etiam in Wirtembergensi Ducatu E- dictum contra Sacramentarios. Basileæ in lucem mittitur Johannis à Lasco de- fensio contra Westphalum. Heshusius Heidelbergâ, ubi dimissus, Jenam pro- fectus, ibi contra Sacramentarios libel- lum divulgat, quo de longe per totum Christianismû diffuso Zwinglii & Cal- vini errore conqueritur. Cui sequenti Anno cl. l. LXI. Calvinus, Beza, Bo- quinus & Clebitius jam Friburgi, sepa- ratim respondent.

LV. Ob has turbas quum male pro- testantes apud Imperatorem & Princi- pes Pontificios audirent, quòd Augu- stanam Confess. non eodem modo in- telligerent, quin seorsum abs se senti- entes eadem male abuterentur, COMI-

TIIS

TIIS NAUMBURGENSIBUS, *ut pagina 104. dictum*, eandem iterum stabiliunt, eiq; omnes Principes præsentés denuo subscribunt, *Augustus* sc. Elect. Saxon. *Philippus* Landg. Hass. *Delegati Elect. Brandenb. Job. Casimirus* Comes Palat. *Dux Brunswicensis & Mecklenburgensis, Marchio Badensis*, aliique, solo *Job. Friderico* Saxon. excepto, qui Flaccii assensu instinctu morosus ac difficilior subscribere renuit, donec Zwingliani prius condemnati essent.

LVI. Flaccii itaque caterva, & qui se illi associarunt, *Brentius, Jacobus Andreae, Martin. Chemnitius, Nicolaus Selneccerus, Andreas Musculus*, sententiã suam de corporali præsentia corporis in S. Coena, quum à Zwinglii discipulis ut absurdam multis modis impugnari sentirent, nec eorum sæpius tentatam solemnem condemnationẽ, procurare possent, ad UBIQUITATEM, quam jam dudum, etiamsi sine clamore, & fere taciti parturiebant, confugiunt, idq; pal-
ladium

ladium, velut Ephesiorum *διωπετές*, ampliter occupati, in religionem suam introducere allaborant; cuius virtute tãquã divino peculio, omnes quotquot à Zwinglio impugnabantur, invictos se fore putabant: ita ut his Sacramentaria in Ubiquitatis disceptationem converteretur. At quomodo hanc Ubiquitatẽ sine prolapsu in Eutythis hæresin, sine duarũ in Christo naturarũ, aut earundẽ proprietatũ, confusione, procuderent, quomodo articulũ de adscensione Christi in cœlum explicarent, hoc opus, hic labor ipsis erat, hinc iidem patres conscripti, nullis locorum vel phantasmatum terminis circumscripti, inter se dissentiebant.

§ 2. BRENTIUS libellum de personali unione duarum naturarum in Christo conscribit, quo propriam suam, quam Suevorum Syngrammate expresserat, sententiam evertit: quem *Academia Wittenbergensis* dijudicans, cum verbo Dei pugnantem pronunciat. Hinc *Wittenber-*

tenbergenses & Lipsenses, à Flaccii assen-
 clis malè sanæ doctrinæ accusati, se co-
 ram Electore purgant, & per *Paulum*
Eberum, Pastorem Wittenb. quomodo
 ab Ubiquitate abhorrent, & Confes-
 sioni August. ac Melanchthonis doctri-
 næ adhærerent, declarant; ast iterum à
 Brentio ejusque Symmystis Eberus ad
 Electorem evocatus, timens ne officio
 dimoveretur, ad ipsorum nutum cum
 aliis se accommodare cogitur: uti &
Albertus Hardenbergius, primus Bre-
 mensium Pastor, Luneburgensi convē-
 tu à Saxonibus Hereticus pronuncia-
 tus, civitate Bremâ ejicitur.

§ 3. Dicto Brentii libello *Petrus*
Martyr (qui hoc Anno in Galliam ad
 celebre Colloquium Possiacenum in
 Reformatæ religionis patrocinium mit-
 titur, & sequenti Anno LXII. Tiguri
 obit) amicorum rogatu Dialogum op-
 ponit, quo, suppresso tamen Brentii
 nomine, de unione duarum naturarum
 in Christo agens, ostendit humanam
 I Christi

Christi naturam per talem unionem neutiquam fieri ubique præsentem.

§ 4. Sic & hoc atque sequentibus Annis c160LXII. LXIII. LXIV. variis scriptis polemicis de Ubiquitate, & Unione hypostatica, inter *Brentium* & *Bullingerū* certatur: certatur & inter *Flac. Illyricum* & *Olevianum*, inter *Heshusū* & *Petrum Boquinum*; sic ut Heshusius suo illo libello etiam in *Calvinum*, *Bezam*, *Clebitium*, aliosque simul impetū faceret. *Hieronymus Zanchius*, quum Strasburgi cum collegis non omnino consentiret (uti & An. LVI. *Pet. Martyr*, ex Anglia ob persecutionē Strasburgum reversus priori suæ functioni iterum præfectus, eadem de causa Tigurinam vocationem acceptarat) An. LXIII. Clavennensem vocationem suscipere necesse habuit.

§ 5. An. LXIV. BRENTIUS, ad probandam Ubiquitatem, coelū in quod Christus adscenderit, statuit esse ubiq;. JACOBUS ANDREÆ, illi succurrens, personalem

fonalem unionem duarum naturarum in Christo sic interpretatur, quòd quicquid divina natura est per fe & in sua effentia, hoc quoque humana fit per communicationem. An. LXV. disceptatur, inter *Bezam & Jacobum Andreæ* de Ubiquitate; imò & *Jesuitæ* Ingolsta- dienses eandem scriptis quoque explo- dunt. An. LXVI. *ut thef. ult. dicitur*, frustra Flaccii soboles Electorem Pala- tinum societate cõfessionis Augustanæ excludere annititur.

LXVII. His litibus remedium aliquod adhibere non semel tentatum est. An. LXII. *Joh. Fridericus*, Dux Saxon. petit à Tigurinis, ut Typographis suis libros in negotio Sacramentali polemicos imprimere interdiciant; idem à Prote- stantium parte futurum appromittens: Tigurini tale interdictum licet ab ini- tio necessarium fuisse judicarent, se ta- men ad Protestantium exemplum sese accommodaturos pollicentur.

§ 2. Celebrantur & *Luneburgi* Co-
I 2 mitia

mitia, quibus inferioribus Saxoniae Do-
 & toribus certa formula praescribitur: at
 conqueritur publico scripto *Heshusius*,
 quod illam formulam Zwinglianis nimis
 indultum sit, nec nominatenus eadem
 illi condemnentur.

§ 3. *Fridericus* Elector Palat. litē quo-
 modo inter suos & Thuringiacos The-
 olog. componere studuerit, cōscriptā An.
 LXIII. Catechesi Heidelb. & instituto
 An. LXIV. * Mense Aprili, Colloquio
 Mulbrunensi, *seq. disp. thes. 2. dicetur.*

§ 4. Anno LXVII. mortuo Philippo
 Hassiae Landgravio, postquam per testa-
 mentum filiis suis Wittenbergensem
 concordiam commendasset, quidam Pro-
 testantes Principes congregati iterum
 consultum judicant, ut utriusque partis
 Theologi polemica scripta divulgare
 inhibeantur; quumque ex iis *Wilhelmus*
 Hassiae Landgravius per Bullingerum
 ab Helvetiis id ipsum sollicitaret, hi se
 ab

* NB. Hoc anno mēse Majo obiit Genevæ *Ioh.*
Calvin. & paulo ante eum Marpurgi *Andr. Hyperio.*

ab istiusmodi scriptis, ad quæ invito pertracti essent, abstinere paratissimos esse perhibent. [e]

LVIII. At non obstantibus his interdictis, posthabitis etiam omnibus tentatæ concordiaæ mediis, pergunt *Jacob. Andreae, Hamelmannus, Chemnitius*, aliiq; multis Ubiquitatis libris mundū replere, & fictam illā suam Ubiquitatē ubique ut introducant, cœlum terrā miscant, non modo Zwinglianos, ut loquebantur, sed etiam ipsos Lutheranos, maximè Wittenbergenses & Lipsenses à Melanchthonis sententia jã sæpius à Principibus comprobata ne latum unguem recedere volentes, Ubiquitatem sibi obtrudi necdum passi erant, miris infinitisq; modis & artibus exagitant ac persequuntur.

§ 2. Unde magnis delationibus corā Augusto Electore enatis, indicitur An. cl. b. LXVIII. ALDEBURGI Colloquiū

I 3

Theo-

e] Lavat. à fol. 128. usq; ad fin. lib. Conf. Hulf. Conferentie pag. 187. & seqq.

Theologorum, cui ipse *Joh. Wilhelmus* Sax. præsidebat. *Wittenbergenses* & *Lipsenses* doctrinæ consensum inter Lutherum & Melanchthonem agnoscunt ac defendunt: contrà verò *Flaccii* cohors, Melanchthonem à Luthero quātum hyemem ab æstate distare clamat; *Jacobo* etiam *Andree* (qui vulgo dictus *Smidelinus*, quòd Fabri esset filius, quāvis & nō absone ab *Ubiquitatis* fabrica sic dici potuerit) pro animi sui vehementia & rixandi prurigine, *Wittenbergensium* doctrinam Alcoranam & Muhammedanam appellante.

§ 3. Re itaq; infecta discedentes variis scriptis se in vicem petunt; *Wittenbergenses* ex Melanchthonis scriptis collectā edunt Catechesin; *Beza* quoque & *Bullingerus* sanam de S. Cœna doctrinam adversus varios libellos defendunt.

§ 4. Quamobrem hæc *Flaccii* caterva, *Brentii*, sese ad eam aggrégantis, *Ubiquitate* locupletata, ejusq; autoritate suffulta,

suffulta, (unde *Flaccio-Brentiani* ejus gregales dici consueverunt) quum difficillimum adverteret, Ubiquitatem alteri parti, quæ eam strenue explodebat, aperte obtrudere, & Melanchthonis doctrinam, quæ sæpius à Principibus approbata, jam à multis annis recepta fuerat, palàm evertere, deliberat fraudibus & artibus variis negotium perficere: ubi *Iac. Andreæ* facile primas reportavit. Ut enim *Brentius* erat *Ubiquitatis Parens*, sic *Iac. Andreæ* *Apostolus* callidissimus.

§ 5. Hic igitur Apostolus Ubiquitatis *Iac. Andreæ*, re cum Brentio deliberatâ, cum sui similibus *primùm* subdole Saxoniam peragrat, & primos aliquot Doctores aut humanissimis verbis scriptisve, aut emētitis promissis in partes suas trahit, quos ut imprudētes falleret, Ubiquitatis, plerisq; adhuc nimis exosæ, nullam facit mentionem, nihilque finistrè de Melanchthonis dicit doctrina, sed solam Dei gloriam & Ecclesiæ

concordiam promovere prætendit. Sic
 multis in suam sententiam callide pelle-
 ctis, ad aulam *deinde* se convertit, con-
 queritur Reformationis remoram ob
 Protestantium in Religione dissensum,
 quòd Pontificii adhuc convertendi illà
 discordià offensi, objiciant, vix duos
 Protestantium ejusdem esse sententiæ;
 urget necessitatem conventûs, quo de
 concordix mediis deliberetur; utque
 iterû, quod in sinu gerebat, (ubiquita-
 tem sc. procudere, & Melanchthonis &
 Wittenbergensium doctrinam pessun-
 dare) tegeret, simulat concordia juxta
 Melanchthonis Corpus doctrinæ &
 Lutheri doctrinam ac Confessionem
 Augustan. peragendam esse. Quæ ita
 speciose in Saxonica Aula proponere
 potis fuit, ut An. LXXI. DRESDÆ Con-
 ventus indiceretur. Ast cum Melanch-
 thon in recenti nimis esset memoria, &
 Wittenbergenses magna pollerent au-
 thoritate, primum hoc attentatum di-
 ctis Flaccii symmistis ex voto necdum
 cedit,

cedit, fed contrà Wittenbergenfium doctrina ibi ftabilitur; fcripto *Confenfu*, qui à loco dicitur *Drefdenfis*.

§ 6. Verùm cum primo ictu non cadat arbor, plures ingemināt. Accufant An. LXXII. Wittenbergenfes Zwinglianismi & Calvinifmi : quibus ab Aula injungitur, ut quousque cum Galliaë, Helvetiaë & Palatinatûs Ecclefiis confentirent profiteantur; respondent fe illas, necdum falfitatis conviëtas, condemnare non poffe, petuntque ne obtreëtatoribus faciles præbeantur aures; nec à femel pronunciata fententia, ne quidem ad additas dein ab aula minas, dimoventur.

§ 7. Necdum ad fcopum fuum pervenerāt hi turbones, An. LXXIV. felici9 in infelici illo bello belligerantur. Caufantur in aula infinita exoritura pericula, fi Wittenbergenfibus in fentētia fua contra tot præclarorum Theologorum judicia perfiftere indulgeatur; obtinēt confenfum de instituendo inter fe, ex-

I. 5

clusis

clusis dissentientibus, TORGÆ conven-
 ventu, ad quē Jac. Andreæ directione,
 quindecim ex eorū numero, quos ipse
 jā in suas partes pellexerat, cōvocātur;
 hi CONCORDIÆ FORMULAM concin-
 nant, qua corporalem præsentiam cor-
 poris Christi stabiliunt, & Calvinī ac
 Zwinglii sententiam condemnant; U-
 biquitatem autem necdum protrudūt,
 sed ut incautos fallant, Melanchthonis
 & Confessionis August. nomine, quasi
 sibi non adversarentur, ut insignes hy-
 pocritæ, adhuc utuntur.

§ 8. Principes jam omnia bene pera-
 cta arbitrantur, quòd August. Cōfessio,
 Lutherus ac Melanchth. defenderētur,
 atque solū Zwinglius & Calvinus, quos
 nimis remote ab illis tribus discrepare
 putabant, damnarentur; commovētur
 ad illam formulam approbandā omnes
 Theologos adigere. Citantur eo fine
Wittenbergenses Torgam, ut huic for-
 mulæ subscribant. Sed illi à Dresdenfi
 Consensu præcedentis Anni recedere,
 &

& Calvinum ac Zwinglium, quos cum Melanchthone in doctrina S. Coenę & aliis Confessionis Aug. articulis cōsentire sciebant, condemnare renuunt. Quid fit? Quatuor ex iis, *Casp. Cruciger*, *Henr. Mollerus*, *Christoph. Pezelius*, vir publicis suis scriptis præclarus, *Fri-der. Widebrandus* primum Torgâ Lipsiã in carcerem, dein extra fines in exilium mittuntur. Reliquis simulandum fuit, ni & loco removeri vellent. *Cracovius* aulae Saxon. cancellarij, eadem de causâ, in carcere, torturis, frigore & fordibus necatur. *Casparus Peucerus*, Medic. & Historicus clarissim. Melanchthonis gener, decennali carcere miserrime vexatur, ut ipse carcerum & liberationis divinæ historiam, Tiguri An. 1605. opera Pezelii editam conscripsit.

§ 9. Sic fugatis Wittenbergensibus Doctoribus, magis insolescit ac ferocit Jac. Andreæ, & abjectâ jam larvâ, aperte quid cum iis, cum quibus factionem Ubiquisticam clam comparaverat, in
sinu

sinu gesserit, facit palam, conqueritur in dicta formula Melanchthoni esse parsum, nec Ubiquitatem stabilitam, novas dissensiones excitat, vociferando; *A morte Lutheri Wittembergæ non sonuisse veram, & à Sacramentariis atq; Arianorum heresi immunem doctrinam; omnes qui Ubiquitati reluctentur Arianismi & Mahummedanismi reos esse: & dein Wittembergæ è suggestu publice denotabat; Jam triginta annis ibi verã de Filio Dei non fuisse auditam doctrinã, nec Wittembergenses Pastores eam melius quam Turcicus Alcoranus faciat docuisse.*

§ 10. Quæ novæ Jacobi Andreæ intemperix ac adeo erumpentes furix, AN. LXXVI. iterum TORGÆ convētum confarcinant, ubi sex tantũ conveniētes *Jac. Andreæ, Selneccerus, Chytræus, Chemnitius, Musculus, & Cornerus*, articulos prioris conventũs resumunt, & quam certa de causa callidissime hætenus omiserant, UBIQUITATEM iis jungunt ex Brentii & Jac. Andreæ sentētia; quòd

quòd Cælum sit ubicunque est Deus, nihil-
q; sit aliud quàm Dei majestas, quod Christi
adscensio nil sit aliud quàm assumptio maje-
statis & formæ divinæ, respectu ejus cor-
poris; præterea Lutheri scripta polemi-
ca contra Zwinglium aliosque regulam
faciunt, juxta quam Augustana Cõfessio
sit intelligenda; adeoque Melanch-
thonis Confessionem recognitã & cor-
pus doctrinæ rejiciunt.

§ II. Sed quum illa Recognita con-
cordiæ formula multis variarum Eccle-
siarum & Academicarum censuris sub-
jiceretur, An. LXXVII. in Monasterio
BERGENSI hi sex Theologi, (hinc *Pa-
tres Bergenses* postea appellati) iterum,
consensu Superiorũ aequifito, concur-
fant, & loquutiones quasdam de Ubi-
quitate, quam plurimi suis censuris im-
petierant, atq; etiamnum impetebant,
nec, ex eorũ numero, ipse Chemnitius
& Selneccerus absolute approbabant,
mitigant, eamque aliis coloribus pin-
gunt, & interim mutuã duarum naturarũ
in

in Christo communicationem sic proponunt, ut ubi quitatem ex eadem clare elicerent. Reliquas censuras, quibus Melanchthonis doctrina, ejusdē Confessionis August. Recognitio & Corp⁹ doctrinæ à criminationibus vindicabatur, dissimulanter transeunt: & sic hi sex Patres Bergenses in propria causa, alterâ parte inauditâ, egregium hoc opus, si Deo Maazim placet, vel potius spurium, de more Patrum Monachorū in cœnobio agentes, ad umbilicum perducunt, quo omnium locorum Protestantes, diversū sentientes condemnabantur.

§ 12. Et hoc opus est famigerabilis ille LIBER CONCORDIÆ: quem mox per Principes, omnia jam ad concordiam composita arbitrantur, omnibus Saxonix Ecclesiis obtrudunt. At multi quamvis in subscribendo se difficiles præberent, vel quòd Saxonix confessioni à Melanchthone An 51. juxta August. Confessionē recognitam conscrip-
ptæ

ptæ, nec cū hoc concordie libro cōcor-
danti, subscripsissent, vel quod contra
conscientiam nil possent, vel magna fu-
tura schismata præviderent; nil tamen
hæ excusationes eos iuvabant, & qui
subscribere recusabat mox Sacramen-
tarius & Calvinianus audiebat, certa-
q; ab officio remotio ipsū manebat. Sic ut
plurimi coacti & contra conscientiam
subscriberent. Vicini quoque Principes
hunc librum recipere rogantur; sed alii
recipiunt, alii rejiciunt, alii subscribūt
sed cum limitatione, quod concordiam
quidem approbarent, sed doctrinæ li-
bertatem sartam tectamq; vellent.

§ 13. Hic litigiosissimus (siquidē hic pu-
er à patre Andrea nō deerrabat) Cōcor-
diæ liber, uno & altero anno, variis per-
suasionibus, promissis minisq; circum-
gestus, An. LXXX. non obstante Princi-
pū aliquot dissuasionē, in lucem editur;
non sine magno crimine falsi, expressis
tantum Politicorum Ecclesiasticorum-
que, qui subscripserant, nudis nomini-
bus,

bus, at eorum limitationibus & restrictionibus, quasi omnes simpliciter subscripsissent, omniaque absolute approbassent, ommissis: adeo concors vel vecors hic homo Andreas vel nequiter mentiendo hanc concordiam iuvabat.

§ 14. Sed ut hic liber multos expertos censores, sic & maximas turbas dedit. Anno LXXVII. statim ab ejusdē fabrica *Jacob. Schegkius*, celebris inter Lutheranos Philosophus Ubiquitatem impugnat. An. LXXVIII. & iterum auctior Anno LXXXV. Tiguri editur *Consensus Orthodoxus S. Scripturae, & Veteris Ecclesiae de sententia & veritate verborum Cœnæ Dominicæ, adeoque de tota controversia sacramentaria*. An. LXXIX. *Ambrosius Wolphius* etiam Ubiquitatē scripto explodit; *Ecclesiae* quoque *Belgicae* Patribus Bergēsis in justum ipsorum processū ob oculos ponunt. An. LXXX. *Rex Daniæ* missū à sorore sua *Electrice Saxon.* Concordiæ librum, pretiosissime licet compactum, *Vulcano*, monstroso

strofo sc. Deo monstrosum foetum, tradit, eundem ex terris suis proscribit, ejusque subscriptionem sub exilij poena interdicit. An. LXXXI. Theologi *Anhaldini, Bremenses & Neostadienses* iniquitatem illius libri seorsim ostendunt, ex quibus tractatibus *Admonitio Neostadiana* * admodum commendatur. An. LXXXII. *Marcus Beumlerus* Tubingæ contra Jac. Andreæ provocatus disputat.

§ 15. Quibus censuris impetiti Flaccij Symmistæ, An. LXXXIII. Erphordiæ *Apologiam* parant: sed & illa Neostadiensium, Bremensium, Anhaltinorum aliorumque censuris mox exponitur. *Disſentiunt* quoque inter se hi *Patres Ubiquitatis*, tot fraudibus obstetricantes; Brentius & Jac. Andreæ *Universalem* (quâ corpus Christi fit in omni loco) Heshusius verò, Chemnitius,

* quam, cum aliis multis scriptis, ad hanc nostram materiam pertinentibus, vide in Operibus Ursini.

tius, Selneccerus, Morlinus, Eberus, Westphalus alijque *Particularem* tantum Ubiquitatem (quâ idem tantum sit in omni hostiola) statuebant. Distinctionem sane tanto Ubiquitisticorum patrum acumine dignam! fascias ad ligandum hunc distortissimum partum, se ipso & majorem simul & minorem, ne in frustra dissiliret, aptas. Hinc **QUEDLINBURGUM** in Saxonia, dicto An. 83. conveniunt, concordiam & consensum tentaturi, sed frustra: quin & An. LXXXIV. & seqq. alter in alterius latus reciproca arma convertit.

§ 16. Sequentibus Annis, usque ad finem illius seculi infinitis libellis bellatoribus certabatur, donec in initio hujus seculi nostri tristissimum Germanicę bellum civile Ecclesiastica prelia aliquatenus composuit, & *ut thesi ultima ulterius dicetur*, An. cdo **MDCLVIII.** transactione Osnabrugensi, omnes Protestantes, & expressim etiam Re-
forma-

formati, Pace Religiofa funt compre-
henfi.

§ 17. Ut & de *tumultibus*, quos di-
ctus Concordiæ liber in *Saxonia*, *Pa-*
latinatu & *Haffia* concitavit, aliquid
addam: In SAXONIA, An. LXXXVI.
mortuo Augusto Elect. Sax. (qui paulo
ante, jam fexagenarius, cum Princip.
Anhaldina, 13. annorum puella, in
Confess. Genevenfi educata, ad fecun-
das nuptias tranfiens, in novæ nuptæ
gratiam, Peucerum jam decem annos
captivum ex carcere dimiferat) fucce-
dens *Christianus*, Princeps pius, fa-
piens & heroicus, turbonum ofor &
purioris doctriinæ amans, aliquam qui-
dem Ecclesiæ refpirationem indulfit,
pulfos fedibus reftituit, librum Con-
cordiæ abrogavit, Melanchthonis fcri-
pta poftliminio revocavit, quin &
Reformatorum libros legit, legique ac-
vendi permifit: fed ubi An. xci. re-
giminis fui fexto, non fine veneni
fufpicionem, decedens, *Fridericum Wil-*
K 2 *helmum*

helmum Sax. liberis impuberibus tuto-
 rem dedit, hunc iterum Flacij Sym-
 mystæ, & horum ὁμολογίας Apostolus
 Andreas, ducem partium nacti, mo-
 re superioris crudelitatis utentes, du-
 ro iterum imperio populum Christia-
 num habent: instituitur in Saxonia
Inquisitio ad extirpandos Calvinianos,
 omnesque in placita à Selneccero &
 Leyfero conscripta jurare adiguntur,
 nolentes carcer manebat squalidus ac
 tetricus, ut triumviros Danielis for-
 nax. *Urbanus Pierius* Profess. & Pastor
 Wittenbergensis, vix ad Elifabethæ
 Reginae intercessionem, post 36. septi-
 manarum arctissimam custodiam di-
 mittitur. *Nicolaus Crellius*, Cancellarius,
 dato ei crimini, quòd Calvinium
 in Saxoniam introducere vo-
 luerit, post decennem carcerem, ca-
 pite plectitur, inter tympanorum stre-
 pitum, ne ultima ejus verba exaudi-
 rentur: nec minus clementia & chari-
 tas Christiana in *Lipsensibus*, *Dresden-*
sibus,

sibus, Brunswicensibus aliisque perse-
quendis violatur.

§ 18. In PALATINATU, An. LXXVI.
mortuo *Friderico* III. Elect. Palat.
Rheni, constantissimo Confessionis
Helveticæ assertore, illi succedens fi-
lius natus maxime *Ludovicus*, Augu-
stanam Confessionem introduxit, &
Helveticæ Confessionis Pastores di-
tione sua expulit; quibus exulibus ejus
frater *Joh. Casimirus* in suo territorio
receptum dabat, & quot potuit Eccle-
siis Scholisque suis præficiēbat, Neo-
stadij etiam, seu Neapoli Nemetum,
An. LXXVII. illustrem Scholam, con-
quisitis undique viris doctis, quos in-
ter *Urfinus* ac *Zanchius*, aperiebat:
mortuo autem, An. LXXXIII. fratre
suo *Ludovico* (qui *Fridericum* IV. fi-
lium impuberem reliquerat) admini-
strator Septemviratûs Palatin. consti-
tutus, Helveticam confessionem redu-
xit, exulesque restituit. Et ne injuste,
qui ex *Flaccij* caterva gregales in Pa-

K 3

latina-

latinatum sub fratris ejus auspicijs irrepererant, pellere videretur, primum publicam disputationem inter Grynæum Basileâ vocatum & eosdem de Eucharistia instituit; quâ quum sequenti Anno habitâ veritas prævaleret, (frustra quidem Jac. Andreae scripto contrâ reluctante, sed mox Grynæi responsione capistrato) dimissis à Ludovico introductis Professoribus *Joh. Jacob. Grynæum, Georgium Sohnum & Francisc. Junium* substituit, atque abrogato Libro Concordiæ, qui Heidelbergæ non tantum introductus, sed & impressus erat, Ecclesias & Scholas in pristinum statum, prout à Parente Friderico III. ad normam confessionis Helveticæ constitutus fuerat, vindicavit, ac Fridericum IV. fratris filium in eadem confessione educavit.

§ 19. In HASSIA, quum Anno hujus seculi v. *Mauritius, Wilhelmi F. Orthodoxiæ studiosus, Marpurgi,* (quod illi, mortuo Ludovico Landgr. veluti

veluti ejus nepoti, in fortem obvenerat) Theologos Urbis atque Academiae, ad leges à Majoribus latas se attemperare nolentes, honeste dimitteret, plebs hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus, concitata, in templum concionis tempore irruit, *Concionatores* adorta pugnis ad cruorem male mulctat, *Schonfeldium* de gradibus præcipitat, mortemque intentat, ac pari ferocia *Valentinum Schonerum*, *Vigandum*, & *Cellarium* excipit, & hunc fuga elabentem primùm lotrix ambubaia quædam malleo impetit, mox flagellis à trituratoribus occisus fuisset, ni precibus furorem flexisset: ita à prostibulis & malis operariis religionis causâ furiose agebatur flagellando. Mauritius horum certior redditus, immisissis aliquot militum signis in civitatem, concionatores propria manu in templum reducit, & postquam *Schonfeldius*, vibicibus & vulneribus capitis conspicuus,

K 4

verba

verba Christi, *Diligite inimicos vestros, & benedicite execrantibus vos*, pro concione explicuisset, acri oratione insolentiam plebis increpat, & delicti veniam petenti, insigni clementia, largitur, paucos tantum seditio- nis authores exilio mulctans. [f]

LIX. Hæc etiam de turbis à Flacio & Jac. Andreae excitatis: sed ut proverbium habet, *Malū consilium consultori pessimum*, sic & his turbonibus suæ turbæ infelicissime cesserunt, quique alios multos loco moverunt, inque exilium innocentes præcipitarunt, justo Dei judicio, dignam suis meritis, ex talionis lege, retributionem experti sunt. *Flacius enim Illyricus*, datus quasi in reprobum sensum, quòd peccatum

[f] *Consule* Hospinianum, & quæ Joh. Læ- tus ex illo contraxit *Compend. Histor. Univer- sal. p. 437. 438. 439. & 482. 483. 484.* aliaque *Acta & Scripta particularia de singulis singula- riter scripta atque edita. Conf. & Bucholc. In- dic. Chronolog. expressis in textu nostro Annis.*

catum originale ipsam substantiam & essentiam hominis corrupti diceret, nec ullam inter naturam hominis corruptam & peccatum originis agnosceret differentiam, à propriis suis amariis ejectus, vagam vitam ducens, donec An. 75. Francofurti ad Moenum obiit, dignas turbarum suarum poenas reportavit. *Jacobus etiam Andreae*, tandem, ejus fraudibus detectis, in tantum ipsius Electoris odium incidit, ut ejusdem ditionibus pelleretur, tantà cum indignatione, ut ad Chemnitium Elector diceret; *Se quatuor tonnas auri daturum, si Polypragmona & garrulum istum Suevum in suam ditionem nunquam vocasset, aut vocato non ad eò se præbuisset credulum*: obiit autem Tubingæ An. 90. imo obiit ubiq; ubiquitatis præco vehementissimus. [g]

§ 2. Contrà verò, quòd absurdissima sua dogmata omnibus obtrudere,

K 5

&

[g] *Vid. iterum Lætum p. 439. & Bucholc. An. 75. & 90.*

& contradicentes condemnari ac Protestantibus indulta pace excludi allaborarunt, ne utiquam obtinuerunt. Nam, ut jam in antecedentibus diximus, quam multi fictam illam Ubiquitatem ut monstrosam exploserint *; diximus, quomodo superioris Germaniæ Theologi, cum Helvetiis in doctrina conspirantes, nunquam eadem pace exclusi, sed semper August. Confessionis socij sint agniti †; sic nec sequentibus Annis plus obtinere.

§ 3. Tantum abest enim *Ubiquitatem* ab omnibus receptam esse, ut indies magis magisque in ridiculo esse coeperit, & præclarissimi etiam hodie Protestantibus August. Confess. qui Lutherani nominantur, eam strenuissime in Ecclesiæ suæ ac fidei probro existiment; quos inter non postremi sunt, qui Calixti moderatioris Theologi sententiam propugnant.

§ 4. Tan-

* thesi 53. 56. 58.

† thesi 21. 35. 41. & 45.

§ 4. Tantundem quoque abest, Reformatos, quos Zwinglianos vel Calvinianos nuncupabant, in ullis Comitibus condemnatos aut pace Germaniæ fuisse exclusos, ut potius fratres agniti, & nominatim etiam pace comprehensi sint. Quum enim Flacius Illyricus ejusque gregales, An. cIdo Id LXI. *Conventu* NAUMBURGENSEI (*de quo supra pag. 104. & 127.*) per Joh. Fridericum II. Ducem Sax. eosdem à pace Protestantibus Confess. Aug. concessa secludi, & ad imitationem iniqui postulati, *de quo thes. 50.* condemnari, atque Fridericum III. Electorem Palatin. à reliquis Confessionis August. Ordinibus separari peterent; reliqui Ordines eorum petito, demonstratâ illius iniquitate, non modo restiterunt, sed & eundem Electorem Palat. Confessionis August. socium agnitum, ad novam repetitæ confessionis subscriptionem admiserunt: & An. cIdo Id LXVI. ad idem iniquissimum peti-

petitum, expressim decrevêre; *se Electorem Palat. aut ullum alium, sive Germanum sive Peregrinum, ob quorundam articulorum dissensum, pace religiosa excludere aut ulli persecutioni periculove exponere nolle*: & iterum An. LXXXII. AUGUSTÆ Joh. Casimirum Palat. Administratorem, & An. xciv. RATISBONÆ Fridericum IV. in Augustanæ Confess. societate confirmarunt [*b*]: idque juris semper Electores Palatini obtinuerunt, nec unquam Reformati pace Germaniæ sunt exclusi, quicquid etiam tumultuosi aliqui Theologi obniterentur; quibus tandem An. hujus seculi XLVIII. in *Instrumento Pacis Cæsareo Suecico OSNABRUGENSI* ora plane obturata sunt, his verbis, sect. v. artic. 1. *Transactio An. 1552. Passavij inita, & hanc An. 1555. secuta Pax Religionis, prout ea*
An.

[*b*] *Vid. Alting. Append. ad exegef. Confess. August. p. 118. & 123. Conf. Læt. Comp. p. 432. Pezel. Erzählung p. 220. & 224.*

An. 1566. *Augustæ Vindelicorum*, & post in diversis S. R. I. Comitibus universalibus confirmata fuit, in omnibus suis capitulis, unanimi Imperatoris, Electorum, Principum & Statuum utriusque religionis consensu initis ac conclusis, rata habeatur, sancteque & inviolabiliter servetur: & artic. 17. *Vtriusque religionis Magistratus severe & rigorose prohibeat, ne quispiam publice privatimque concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam, vel hanc in primis sive declarationem sive transactionem uspiam impugnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur: & sect. VII. ab initio, Unanimi quoque Cæsareæ Majestatis, omniumque Ordinum Imperij consensu, placuit, ut quicquid juris aut beneficij, cum omnes aliæ constitutiones Imperij, tum Pax Religionis, & publica hæc Transactio, inque ea decisio Gravaminum, Cæteris Catholicis &*
Au-

*Augustanae Confessioni addictis Stati-
bus & subditis tribuunt, ID ETIAM
IIS, QUI INTER ILLOS RE-
FORMATI VOCANTUR, COM-
PETERE DEBEAT.*

F I N I S D I S P. I.

DISPUTATIO SECUNDA,
De,
RECONCILIATIONIS NECES-
SITATE, & POSSIBILITATE,

Publicè ventilata iv. Decemb. An. cldo Idcclx.

Respondente,

THEODORO LESCHEN, Meursensi.

T H E S I S I.

PRæcedenti Disputatione, de Li-
tis Sacramentalis Origine & Pro-
gressu, diximus, Quemadmodum
infelix de S. Coena dissidium An. 1522.
inter Lutherum & Caroloſtadium, ac
paulo post Zwinglium exortum, An.

1529.

1529. Marpurgi, & An. 1536. Wittenbergæ fuerit sopitum; & quomodo An. 1544. dissidij malum denuo recrudescens, tristissimam deinde, post Lutheri & Philippi Melanchthonis mortem, flammam conceperit. Nunc de *Schismatis Remedio & Partium Reconciliatione*, seu de *Pace Religiosa dissidentium Evangelicorum* paucis loquimur.

II. Ut *præced. disp.* * vidimus, quomodo Bucerus, Strasburgenses, Philippus Hassiæ Landgravius, Calvinus, Melanchthon, Joh. Fridericus Dux Saxonæ, Wilhelmus Hass. Landgr. alijque, variis modis, scriptis, conventibus & colloquiis, ex quibus Marpurgense & Wittenbergense excellunt, litem componere studerint; ita nec porro unquam defuerunt, nec etiamnum defunt viri pacifici, qui in his tristissimis Ecclesiarum Evangelicarum turbis pacis mediis sedulo invigilarunt,

* *thes.* 12. 19. 25. & *seqq.* 39. 52. 57.

larunt, atque etiamnum indefesso animo incumbunt. Sic *Fridericus Elector Palatinus*, postquam *Heidelbergæ* disputationem inter suos & Thuringiacos Theologos frustra instituisset, & in schismatis remedium *Catechesin Heidelbergensem*; (ut Doctoribus suis in tanta Ecclesiæ perturbatione certa esset formula, juxta quam auditores suos & juventutem instituerent) An. clo Io LXIII. conscribi jussisset; ast eandem Heshusius, aliique quoque impeterent, seq. An. LXIV. cum Christophoro Duce Wirtenbergico MULBRUNAM (quod Ducatûs Wirtenbergensis cœnobium) Colloquium indixit; quo, præsentibus dictis Principibus, inter alios Collocutores primarij ex una parte *Casspar. Olevianus*, *Zachar. Ursinus* ac *Boquinus*, ex altera parte *Jac. Andreae*, & *Joh. Brentius*, de *Ubiquitate*, & sensu verborum Christi, *Hoc est corpus meum*, aliquot diebus, sine fructu, disputarunt.

III. Sic

III. Sic An. cIdo Id LXXXVI. Fride-
ricus Wirtenbergicus MOMPELGAR-
PUM, *Theod. Bezam & Abrah. Muscu-*
lum è Reformatorum, *Jacob. Andreae,*
Luc. Osiandrum & Theodor. Snehium
ex Altera parte, ad Colloquium
convocavit: cujus colloquij exitus
fuit, quod non modo, magna conten-
tione *de S. Cæna* fuerit disputatum,
sed & controversiæ, cujus jam femina
jacta fuerant Argentinæ inter Zanchi-
um & Marbachium seniore, de *Præ-*
destinatione, de *Perseverantia & Cer-*
titudine salutis, de *Baptismo*, de *Tem-*
plis, *Imaginibus & Organis*, à Jac. An-
dreæ, invito Beza, partim multiplica-
rentur, partim jam sepultæ refuscita-
rentur, ut plausibilioris majorisque
popularis contentionis esset mate-
ries. [i]

IV. Sic & hoc seculo A. cIdo Idc XXXI.
L Con-

i] *Vide Acta utriusque Colloquij. Conf. La-*
vat. fol. 149. & seqq. Læti Comp. p. 413. & 487.
Altingij Exeges. Confess. Aug. p. 124.

Conventu LIPSENSI D. Job. Bergius, D. Job. Crocius, & Theophilus Neuberger, D. Matthiam Hoë, D. Polycarpum, Leyserum, & Henr. Hofnerum ad amicum Colloquium invitarunt, quo Confessionis Augustanæ articulos utrinque examinatos approbarunt, inque iis explicandis consenserunt; nisi quod in duobus articulis, *de communicatis humanæ Christi naturæ proprietatibus divinis, & de modo præsentia corporis Christi in S. Cæna*, uti & *de Prædestinatione*, cujus dogma confessione August. expresse non contineri perhibebant, diversum sentientes, uberiori colloquutioni decisionem eorum reservarint, ac mutuan tolerantiam suaserint. Quod Colloquium primùm à D. Hoë stylo germanico consignatum, deinde ab alio latinitate donatum, & An. 1656. Hagæ Comitum publici juris factum est. *

V. Sed

* De nuperrimo *Colloquio Cassellano*, appendice hujus disputationis dicetur.

V. Sed haëtenus omnia sine concordiæ fructu; non absq; insigni multorum tum Protestantium Aug. Confess. tum Nostrum, pacem ex animo exoptantium dolore: uti ex illis *D. Georgius Calixtus* in seinem gutachten / *D. Henr. Martinus Eccardus*, Theologus Rinthelensis, duabus disputationibus, alterâ de Eucharistia, alterâ de vera & reali corporis & sanguinis Christi in Eucharistia præsentia, *Joh. Matthias*, Episcopus Stregnensis literis ad Regem Sueciæ, quæ Colloquio Lipsensi subjiciuntur; ex Reformatis *Palatinæ* in ihr treuherzige vermahnung an alle Evangelische Kirchen / An. 1608. *Joh. Fezlerus* Schaphusianus de diuturnitate belli Eucharistici; An. 1584. *David Pareus* Irenico suo, An. 1625. Heidelbergæ edito, *Franciscus Junius* etiam Irenico suo, *Amandus Polanus* Symphonia Catholica, *Antonius Sadeel* Conciliatione controversiæ de S. Cœna, *Henricus Altingius*, Theol. Elenct. Novæ

L 2

appen-

appendice de Syncretismo Religionis, *Godefridus Hotton* tractatu de toleran-
 tia inter Evangelicos stabilienda, *Ioh. Bergius* in seinem unterscheid und vergleichung
 der Evangelischen / *Ioh. Duræus* (qui un-
 dique conquisitis Reformatorū Theo-
 logorum, Anglorum, Scotorum, Gal-
 lorum, Transylvanorum, Belgarum,
 Germanorum, etiam Facultatis nostræ
 Theol. consiliis, à multis retro annis,
 indefesso labore, Syncretismi nego-
 tium, in Lipsiaco Colloquio inchoati,
 promovere studuit. Celsiss. Princeps
Anna Collignia, (quæ pio & heroico
 animo apud maritum suum Ducem
 Wirtenbergicum reconciliationis ne-
 gotium peragens, per *Ioh. Melletium*,
 qui ipsi à sacris, variorum undiquaque
 Theologorum judicia perquirat, atq;
 hujus meæ dissertatiunculæ editionem
 sæpius efflagitavit,) *Thomas Morto-*
nus, *Ioh. Davenantius*, *Iosephus Hal-*
lus, (quorum sententiam singulari
 tractatu de Pace Eccles. edidit idem
 Du-

Duræus), *Gisbertus Voetius* disputatione de Syncretismo seu unione dissidentium Ecclesiarum, habita An. 1644. *Ioh. Henr. Hottingerus*, Theologus Heidelbergensis disputatione Theol. de pace Ecclesiastica, habita An. 56. qui & multos alios utriusque partis pacem expetentes allegat, *Sam. Maresius*, Theologus Groninganus, disputatione de Syncretismo & reconciliatione partium in Religione dissidentium, *thesi* 46. *Ioh. Hoornbekius*, Theol. Leidensis, summa *Controvers. l. 9. p. 663.* *Abrahamus Borelius*, Miscilibus sacris; imo, ut alios, (quorum magnam partem Syllabum dicto tractatui Joh. Duræus subjicit) transeam, omnes pacifici Theologi Ecclesiarum Evangelicarum vulnera, pace vel syncretismo sanari, piis ad Deum gemitibus expetunt.

VI. Idem & meum desiderium est, qui necdum plane de reconciliatione despero; sed ut Deum, qui solus corda

L 3

& ani-

& animos flectere potest, potentem dissentientium animos denuo reconciliare credo, sic & media, quibus Deus uti vult, neutri parti negligenda, sed diligentissime investiganda & promovenda esse arbitror.

VII. Ad talia autem media quærenda & amplectenda movet Reconciliationis *Necessitas & Possibilitas*.

VIII. *Necessitatem* reconciliationis à mandato divino, à fructu pacis, dissidij damno, ac scandali periculo deduco.

IX. *Mandata Dei*, pacem & concordiam inculcantia, quam plurima facer codex suppeditat: quale Davidis *Psal. 34. 15. Require pacem eamque sectare*; & Christi *Marc. 9. 50. Pacem alij cum aliis habete*; *Ioh. 13. 34. alij alios diligatis, sicut dilexi vos, ut vos etiam diligatis alij alios*; & Pauli, *Rom. 12. 18. si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace vivite*; *Hebr. 12. 14. pacem sectamini cum omnibus*; (Conf. *Rom. 14. 19. Eph. 4. 3. Col.*

Col. 3. 14. 15. 1. Thess. 5. 13.) & Petri,
1. Epist. c. 3. v. 10. 11. qui vult vitam
diligere, & videre dies bonos, querat
pacem & persequatur eam.

X. *Pacis fructum* non est quod de-
prædicem, quum pace & concordia
stabiliantur omnia charitatis opera,
pace animi coadunentur, pace & con-
cordia fideles fiant cor & anima una,
Act. 4. 32. & membra unius corporis,
cujus caput est Christus. Nec animi
tantum concordia uniuntur, sed &
integri coetus, principatus & regna
firmantur. Hinc Psalmista inquit *Psal.*
183. Ecce quam bonum & quam amœ-
num est fratres habitare unâ; est ut un-
guentum &c. Hinc *Matth. 5. 9. Pacifici*
Filij Dei vocantur.

XI. Qui pacis fructum salutiferum
cognoscit, à contrario tristissimum
dissidij abortum facile intelliget. Hoc
tantum subjungo, ni Deus nuperis do-
lendis Protestantium distractionibus
miro modo succurrisset, utraque pars

L 4

prædæ

prædæ hostibus veritatis tandem facta
 fuisset. Quamvis enim Evangelici ma-
 gno schismate à se invicem sint distra-
 cti, & animis multum dissentiant,
 Pontificij tamen omnes pares habent,
 omnes æquali odio prosequuntur; ut
 & sæpe uno nomine Wicelitarum,
 Hussitarum, Lutheranorum, aliisque
 complectuntur. Et pares licet Euange-
 licos habeant, lites tamen ipsorum
 enutrire (sana reconciliationis media
 destruendo, & infana fraudulentissimi
 secum Syncretismi proponendo) omni
 ope moliuntur; ne Evangelici, in u-
 num congregati, vi unita majorem
 Ecclesiæ suæ jam vacillanti cladem,
 purâ verbi Dei promulgatione infe-
 rant, seque strenuius adversus dirissi-
 mas ipsorum persecutiones tueantur:
 ut tam ex variis antea actis conventibus
 & consiliis, quam nuperrima Episcopi
 Moguntinensis, Protestantium Augu-
 stanæ Confess. ad Romanam Eccle-
 siam invitatione, palam est. Quare ve-
 re

re

re Lutherus literis ad Helvetios * dixit, Des fechtens und schreyens ist bißhero genug gewesen / wo es etwas hätte sollen aufrichten; & rursum, Die zwen tracht weder mir noch jemand geholffen / sondern vielen schaden gethan hat / daß freylich nicht nutzlich noch guts darinnen zu hoffen gewesen / auch noch ist.

XII. *Scandalum* quod ex Evangelicorum dissidiis datur, non leve est. Nihil enim infideles vel errantes à Protestantium religione amplectenda magis arcet, quam eorum discordia. Alij Religionis dissidiis ad Scepticismum ac tandem Atheismum dilabuntur, omnia in religione primum in dubium vocantes, deinde omnem Religionem ejurantes. Alij hac discordia abutentes omnem religionem æquiparant, quemlibet coetum veræ religionis encomio ornant, quasi ob dissentientes sententias nulla vera religio dignosci queat, & quælibet vera ac salutaris habenda sit.

XIII. Hæc de necessitate Reconciliationis, sequitur ejusdem *Possibilitas*;

L 5

quam

* Suprà pag. 67.

quam ab exemplis, & *primùm* à MAR-
PURGENSI, WITTENBERGENSI &
HELVETIORUM Reconciliatione, de
quibus præcedenti Disputatione di-
ctum, derivamus. Si enim antehac
Marpurgi, Wittenbergæ atque alibi
concordia iniri potuit, cur non & hoc
tempore eadem stabiliri posset? Idem
etiam D. Calixtus in seinem gutachten §. 75.
agnoscit, inquiens; Wan die Schweizer
zu selbiger zeit auff die bekante weis handeln könn-
nen / wann zancf und mißverstand können hinged-
legt / hand und herz zusammen gesetzt können wer-
den / warumb solte dasselb nicht ferner seyn könn-
nen / da sie doch in kein ärgere meynung / als sie
dazumahl underhielten / hernach nicht gefallen
sind / ja etliche noch verbessert / und in etliche /
gar oder doch näher zu der warheit getreten sind?

XIV. Sic ut à Protestantium Augu-
stanæ Conf. parte nullum concordiam
ineundi oporteat esse dubium; sed à
Reformatorum parte difficilior est ra-
tio, quum post Lutheri mortem mul-
tæ quæstiones sint interpolatæ. Si à
Lutheri scriptis hodierni ejus discipuli
non

non recederent, facilis foret compositio, quum uno tantum puncto, eoque solum verbali, videlicet de modo presentiae corporis Christi in S. Coena Reformati à Luthero dissentiant, in reliquis autem omnibus cum eodem conveniant; uti Heidelbergenses in *ihrem außführlichen bericht/was die Reformierte Kirchen in Teutschlandt glauben oder nicht glauben/ Ann. 1607. ex ipsis Lutheri scriptis perspicue demonstrant.*

XV. Sed etiam si hodierno tempore plures quam Lutheri diebus articuli controvertantur, non tamen plane de Evangelica pace desperandum est. Nam si quondam in unico articulo concordia vel tolerantia sanciri potuit, cur nunc non eodem modo in pluribus? ut infra in mediis reconciliationis videbitur.

XVI. Fatemur quidem cum D. Calixto dicto libello §. 77. quaestiones controversas nunc difficilius, quam Lutheri tempore sopiri posse; quum
olim

olim à quibusdam tantum Doctoribus fuerint motæ, nunc cum lacte imbibantur, multique à pueritia religionis præjudiciis, quæ difficulter deponuntur, laborent: sed nec præjudicia omnem reconciliationis spem præcidunt; quum ingenui melius informati ea non modo haud inviti deponant, sed & eorum ipsos postea pudeat.

XVII. Exempla, *secundo loco* Reconciliationis possibilitatē nobis confirmantia, sunt POLONORUM & BOHEMORUM. Sic Ann. cld Io LXX. 14. Aprilis, Synodo Nationali *Sandomiriæ* congregata, Evangelici Majoris & Minoris POLONIÆ, RUSSIÆ, LITHUANIÆ, SAMOGITIÆ, &c. *Augustanam, Bohemicam, & Helveticam* confessionem (quas vide Syntagmate Confessionum) profitentes, fraternam concordiam contra hostes veritatis, in omnibus religionis articulis inierunt, hac formula;

Primum quemadmodum & nos qui in præsen-

præsenti synodo nostram confessionem edidimus, & Fratres, nunquam credidimus, eos qui Augustanam Confessionem amplectuntur, aliter quam pie & orthodoxe sentire, de *Deo*, de *Trinitate*, atque *incarnatione Filij Dei*, & *justificatione nostra*, aliisque precipuis capitibus fidei nostræ: ita & ii qui Augustanam confessionem sequuntur, profesși sunt candidè & sincere, se vicissim tam de nostrarum Ecclesiarum, quam de Fratrum Bohemicorum (quos quidam rerum ignari Waldenses vocant) Confessione, de *Deo & Sacra Triade*, *incarnatione Filij Dei*, *justificatione* & aliis primariis capitibus fidei Christianæ nil agnoscere, quod sit absolum ab orthodoxa veritate, & puro verbo Dei. Ibiq̄ sanctè invicem polliciti sumus, unanimiter secundum regulam verbi Dei, nos defensuros Consensum hunc mutuum in vera & pura Christi religione, contra Pontificios, contra Sectarios, contra denique omnes hostes Euangelij & veritatis.

Deinde quantum ad infelix illud dissidium de *Cæna Domini* attinet, convenimus in sententia verborum Domini nostri Jesu Christi, ut illa orthodoxe intellecta sunt à Patribus, ac imprimis ab Irenæo, qui duabus rebus, sc. *terrena* & *cælesti* hoc mysterium constare dixit. Neque elementa *signave nuda* & *vagua* illa esse asserimus,

mus,

mus, sed simul re ipsa credentibus exhibere & præstare *fide*, quod significant.

Denique ut expressius clariusve loquamur, convenimus, non significari duntaxat, sed vere in Cœna eo vescentibus *representari*, *distribui* & *exhiberi corpus* & *sanguinem Domini*, *symbolis adjectis ipsi rei minime nudis*, secundum sacramentorum naturam.

Cui formulæ postquam *articulum confessionis Saxonicarum Ecclesiarum* de S. Cœna Domini explicationis ergo subjiciunt, *alto silentio omnibus odiis rixis & dissidiis imposito*, *Fratres se mutuo appellare*, *paci & tranquillitati studere*, *charitatem mutuam exercere*, imo *omnia consilia officiaque charitatis mutua imposterum præstare*, deque omnium *totius Poloniae & annexarum Ecclesiarum* *conservatione & incremento*, tanquam *uno corpore consulere pollicentur*: *Ceremonias autem unicuique Ecclesie liberis relinquunt.* [k]

XVII. Hic consensus Sendomiriensis,

[k] *Vid. Syntagm. Confess. Part. I. pag. 201. & Part. II. pag. 287.*

sis, mox 20. Maji ejusdem anni *Posnaniae* synodo provinciali, à Ministris utriusque coetus, sc. confessionis Augustanae & Fratrum Bohemorum, solenniter approbatus, & 28. Maij utriusque coetui applaudenti publice prælectus, & deinde An. clō Io LXXIII. 29. Sept. *Cracoviensi*, An. clō Io LXXVIII. 1. 2. & 3. Junij *Petricoviensi*, Ann. clō Io LXXXIII. 19. Jun. *Wlodislavien- si*, An. clō Io xcv. 21. August. & rursum An. clō Io cXLV. 1. Sept. *Torunien- si* Synodis generalibus summa concordia repetitus est. [1]

XVIII. Nec *Polonis* propriam tantum, sed & exterarum Ecclesiarum concordiam curæ fuisse, ipsorum *litteræ ad Electores & Principes Germaniæ, Ludovicum Palatinum Rheni, Saxonem, & Brandenburgicum*, è comitiis *Warsaviensibus*, Ann. clō Io LXXVIII. missæ testantur; quibus quos illustri suo exemplo præiverant, Germanos ad

[1] Syntagm. Confess. p. 292. — 326.

ad similem concordiam excitant, & hortantur. [m]

XIX. Pari modo in *Bohemia* Quinquennio post *Sendomiriensem* consensum An. clō Iō LXXV, *Ecclesiæ* quæ *Husiticam* & *Bohemicam*, ac quæ *Augustanam* confessionem sequebantur in communem fidei formulam (non obstante rituum & sententiarum quarundam discrepantia) consenserunt, quam Maximilianus Imperator sibi oblatam confirmavit, ac securitate donavit. [n]

XX. *Tertio loco*, Reconciliationem possibilem esse, ex *GALLORUM* decreto, *Synodi Generalis*, An. clō Iō CXXXI. *Carentonæ*, in suburbano *Parisiensi* habitæ, deduco; quo *Augustanam* Confessionem profitentes cum *Reformatis* in fundamentalibus articulis usque adeo convenire est agnitum, ut
& ad

[m] *Literas Procerum & Ministrorum Polonorum ad Ludovicum Palat. & Ludovici ad eosdem vid. Irenico Parei cap. 23. [n] Latī compend. hist. univers. p. 434. conf. Irenicum Parei cap. 18.*

& ad S. Cœnæ communionem admit-
ti queant. Verba translata sic habent;

Quandoquidem Augustanæ Confessionis
Ecclesiæ cum cæteris Reformatis *in omnibus ve-
ræ Religionis Principiis, Articulisque Fundamen-
talibus, conveniunt*, cultumque exercent purum
ab omni idololatriæ & superstitionis labe, si qui
sint illius professionis homines, qui cum chari-
tatis & lenitatis spiritu sacros Ecclesiarum no-
strarum cœtus frequentent, earumque Com-
munionem expetant, iis sine ulla abjuratione
prævia, liberum esto ad sanctam Christi Mensam
nobiscum accedere, Matrimonia cum nostræ Con-
fessionis fœminis contrahere, Infantes baptismo
tingendos de more offerre, atque suscipere;
dum nostris Synedriis in hoc ultimo casu sancte
spondeant, se infantes, quos de sacro lavacro
susceperint, neque directe unquam, neque in-
directe adversus eam, quam nostræ Ecclesiæ
credunt atque profiteatur, Doctrinam sollici-
taturos, sed ea duntaxat fidei capita edocturos,
de quibus inter nostras ipsorumque Ecclesias
convenit.

XXI. Si itaque Evangelici in Polo-
nia, si in Bohemia concordiam inire,
si in Gallia in fundamentalibus con-
M sentire

MS
v. i. h.
p. 290
el. 293

sentire potuerunt, quidni etiam Ecclesiæ Evangelicæ in Germania, vicinisque regnis & provinciis, ad ipsorum imitationem, in religionis articulis convenire possent?

XXII. *Exempla quarto loco* Reconciliationem Evangelicorum possibilem esse nobis suadentia sunt **POLITICORUM**, Principum sc. & Regum, ut ut infensissimorum etiam hostium, uniones. Si enim Politici Reges & Principes, quum hostes infensissimi sunt, pacta, societates, pacem inire queunt, quid quæso obstaret, quo minus etiam Ecclesiastici pacem sectari, fraternam concordiam, cum iis, qui idem Evangelium docent, quorum errores, si qui sint, ex fraternitatis & charitatis lege tolerandi sunt, firmare possent, imo deberent?

XXIII. Si quis hujus labentis anni cō Iōc LX. curriculum cum multis retro annis conferat, vix annum huic parem quo totidem regnis pax à Deo concessa

cessa

cessa est, reperiet. Hic annus pacem dedit *Poloniæ*, & *Prussiæ*, *Pomeraniæ* *Daniæ*, *Sueciæ*, *Belgio*, totique *Germaniæ* eam jam vacillantem stabilivit; hic annus sævissimum *Hispaniæ* & *Galliciæ* bellum æterna pace commutavit, & auspiciatissimis nuptiis confirmavit; hic annus exulem Regem *Angliæ*, *Scotiæ* & *Hibernæ* restituit, & tranquillitate illud regnum donavit; imo plerisque *Europæ* regnis pacem & tranquillitatem largitus est. Nonne ergo deplorandum est, quod Evangelici diffidiis & rixis se lacerare non abstineant, nec tempore reconciliationi opportuno utantur? Quid quæso lætius, quid præstantius, quid Deo & omnibus piis gratius esset, quam politicâ in omnibus fere *Europæ* regnis pace stabilitâ, etiam *Ecclesiarum* *Evangelicarum* vulnera sanari, omnesque rixas & diffidia fraterna concordia sopiri?

XXIV. *Ultimo* loco ad reconciliationis necessitatem ac possibilitatem

M 2

demon-

demonstrandam non negligendum arbitror, quòd (*ut ex prima Disp. liquet,*) prima infelicis litis causa exigua admodum, & præterea quorundam tantum Ecclesiæ Doctorum, *Lutheri* sc. & *Caroloſtadij*, ac postea etiam *Zwinglij* atque *Oecolampadij* fuerit [o], quòd Utraque pars disputationis fervorem nimium, & dissidij damna agnovit [p]; quòdque pacem affectarit & solemniter non semel inierit [q], & eadem denuo inter Lutherum & Tigurinos rupta [r], Argentinenses, Bernenses, Basilienses, aliarumque imperij civitatum Ecclesiæ ab initæ concordia formula non recesserint, eaque renovata lis Lutheri Collegis displicuerit [s], atque ipse Lutherus morti vicinus ad pacem inclinarit, pacisque consilia cum Melanchthone inierit [t], quòd omnis lis privata & verbo-

[o] *Disp. I. th. 3. & seqq.* [p] *Vid. literas Lutheri th. 33.* [q] *th. 12. 19. 25. & seqq. item th. 39. 52. & 57.* [r] *th. 37.* [s] *th. 41.* [t] *th. 43.*

verborum potius quam rei fuerit [u], quôdque Lutherus de Calvino dextre judicavit [x], nullaque Luthero cum Calvino lis fuerit [y], quæ autem postea de *Adiaphoris*, de *Melanchthonis Doctrina*, & *Confessione Augustana Recognita*, de *Ubiquitate*, aliisque rebus Controversiæ partim enatæ, partim jam sepultæ resuscitatæ sunt; quòd à paucis inquietis hominibus, ut Flacio, & Jac. Andreæ, dolentibus & reclamantibus etiam ipsis Lutheranis, per multas artes & fraudes in Ecclesiam introductæ sint [z], eæque lites non tam (ut loquuntur) Lutheranorum ac Calvinistarum, quam ipsorum Confessionis August. Protestantium fuerint, atque etiamnum ex parte sint.

Adeoque hæ privatæ & quorundam lites (quas Utraque pars variis colloquiis & literis sæpe composuerat, & denuo inter quosdam, non omnes,

M 3

refocil-

[u] th. 40. 41. 42. & passim. [x] th. 36. [y] th. 39. & 42. [z] th. 46. & seqq.

refocillatas Lutherus vitæ termino vicini Melanchthoni sopire curaverat) malè omnium Evangelicorum factæ sunt, & pejus est, quod eædem post Lutheri mortem accreverint, & inter ipsos etiam Lutheri discipulos magnum schisma fecerint, pessimum vero est in iisdem litibus etiamnum perseverare, & easdem à se excitatas aliis invitis & immerentibus quoque intentare. Cur quæso infelicia dissidia, quæ Lutherus literis ad Helvetios sæpius citatis, atq; alij alibi non semel deplorarunt, omnesque *ἐιρηνοποιοὶ* deflerunt atque etiamnum deflent, essent propaganda & fovenda? cur non potius concordia, quam Lutherus ex animo, Deum etiam testem vocans, sæpius expetivit, & cum summo gaudio inivit, quamque ruptam Melanchthoni sanare jusserat, amplectenda, imitanda & sequenda esset? Nonne præstaret favores dilatare, & odia restringere, adeoque missis & oblivioni traditis quorundam

rundam

rundam Ecclesiæ Doctorum dissidiis, publicam ab iisdem aliisque Doctoribus stabilitam concordiam persequi? Cur ad pacem, à Luthero, Zwinglio aliisque approbatam, provocantibus pax non esset concedenda? Reconciliationis *Media* sequenti disput. *σύνθεσιν* examinabimus.

A P P E N D I X

De

COLLOQUIO CASSELLANO.

Hæc de Reconciliationis Necessitate & Possibilitate Ann. cIo IocLX. in publica disputatione proposueram: interim ut multi strenue in reconciliandis partibus desudarunt, sic & celebre inter Theologos Marpurgenses & Rintelenses sequenti An. LXI. habitum est Cassellis COLLOQUIUM, à loco CASSELLANUM dictum, & à Rintelensibus postea à Wittenbergensium *ἐπιχειρίσιν* vindicatum: quod & *maximo* mihi exemplo & argumento est, Partium aliquam

M 4

Recon-

Reconciliationem fieri posse, nec de felici successu desperandum esse; idque quum seq. Disp. non semel sim allegaturus, nec cuilibet Lectori statim obvium sit, hic integrum appono.

BREVIS RELATIO COLLOQUII,
 Authoritate

*Serenissimi, Celsissimique Principis
 ac Domini, Domini*

WILHELMI, HASSIÆ LAND-
 gravij, Principis Hersfeldiæ, Comitis
 Cattimeliboci, Deciæ, Zigenhainæ,
 Niddæ & Schaumburgi &c.

Principis ac Domini nostri Clementissimi,

Inter Theologos quosdam MARPURGEN-
 SES & RINTELENSIS, Celsitudinis
 suæ mandato convocatos, CASSEL-
 LIS, die 1. Jul. & aliquot seqq.
 An. 1661. habiti.

Unà cum concluso eorundem Theologorum.

§ I. *Quanta inter Christum & Belial sit ini-
 micitia, quamque horrendum & violentum virus
 illud ac odium, quo Satanas Christi Ecclesiam in-
 ficere hætenus & prosequi non destitit, non perse-
 cutiones*

cutiones ſolum illæ, quas à Gentibus, Turcis, aliis-
 que Chriſtiani populi hoſtibus infenſiſſimis ea paſſa
 eſt, apertiffimo ſunt documento, verum etiam
 Tragœdia & turbæ innúmeræ, quas ab exortu di-
 vini Euangely fulgoris, inter illos ipſos, quibus
 Chriſtianorum nomen commune eſt, immenſum
 quantum excitavit, plus ſatis teſtantur. Nec ſa-
 tis fuit atrociffimo huic humani generis hoſti inter
 Pontificios & Euangelicos graviffima diſſidia ſeviſ-
 ſe, ni & inter ipſos quoque Euangelicos, inter quos
 tamen de fundamento ſalutis convenit, ſeminali-
 tium & diſcordiarum triſtiſſimarum ſpargeret;
 quò y qui in religionis fundamento alias unanimis
 & in vera & ſalvifica fide concordēs ſunt, nullà ju-
 ſtâ de cauſâ, contumeliis quandoque & convitiis,
 ſepe & præcipiti ſe invicem damnandi fervore, in
 propria velut viscera ſevirent. Quanquam ne ſic
 quidem inter tot triſtia Deus Eccleſiam ſuam dere-
 liquit, ſed ejus gratioſè miſertus, variis in locis non
 ſummos ſolum Principes, ſed & pios, eruditos, &
 quod rei caput eſt, placidos & concordie Euangeli-
 cæ ſtudioſiſſimos, viros paſſim excitavit, quibus
 fractura Joſephi doleret, quique fatigata reparare,
 collapsa inſtaurare, animosque fidelium Euangelico-
 rum Spiritus S. ardentè invocato numine, in con-
 cordiam reducere, aut mutuam ſaltem tolerantiam
 inter ipſos ſancire, ſumma ope anniterentur. Eo-

dem Spiritu ductus & confisus Serenissimus Princeps ac Dominus, Dn. Wilhelmus Hassiæ Landgravius, &c. Princeps ac Dominus noster clementissimus, Deo Creatori & Servatori suo, cui & Principatum & omnem suam felicitatem debere se profitetur, nullum se gratiorem cultum exhibere posse, jure existimavit, quam si intestina hæc vulnera sanare & inter Evangelicos utriusque partis, qui in Principatibus & ditionibus ejus tutelâ & protectione Celsitudinis suæ, non minus ac cæteris libertatibus & immunitatibus, ex æquo, nullo prorsus discrimine, gaudent, Christianam charitatem & concordiam stabilire & firmare omnibus modis studeret. In quem finem colloquium indixit, atque conventum ad primum Julij hujus anni diem, quo duo Professores Evangelici Reformati ex Theologica Facultate Marpurgensi, cum duobus Professoribus Evangelicis Lutheranis ex Theologica Facultate Rintelensi, de questionibus & controversiis hæctenus hinc inde agitatis, amicè & placidè inter se conferrent, ejusque Colloquij scopus hic fuit, ut, cum plurima huic vel illi parti à nonnullis affingi & imputari consuevissent, quæ reverà illi minimè statuerent, per ejusmodi amicam συζήτησιν utraque pars alterius mentem, & in quibus inter se convenirent, vel dissentirent, plane pleneque perciperet; inde controversiæ status ritè formaretur, &

cujus

cujus momenti quaestio sit, an fundamentum fidei concernat, nec ne, dispiceretur; denique de re ipsa placida collatio in timore Dei institueretur; ac si convenire in omnibus non possent, saltem fraternam inter ipsos pax & concordia, mutuaque tolerantia sanciretur. Tum Nobilissimi viri, D. Joannes Caspar à Döringenbergh, D. Joannes Henricus à Dauber, & D. Caspar Fridericus à Dalwig, Serenissime Celsitudini suae à Consiliis secretioribus, & Status, & respectivè Pro-Cancellarius, qui colloquio huic Principis nomine praessent, specialiter ad hoc deputati fuere. Comparuere itaque ex Facultate Theologica Marpurgensi D. Sebastianus Curtius, Academiae Marpurgensis p. t. Rector & Professor primarius, & D. Joannes Heinius, itidem ejusdem Professor; Ex Rinteleni vero D. Petrus Musæus, Academiae Rintelenensis p. t. Rector, & D. Johannes Hennichius, ejusdem facultatis Professor primarius, omnes pietate, eruditione & studio pacis singulari clari, & celebres viri, qui suo & reliquorum collegarum nomine, praesentibus praememoratis D. Deputatis, in nomine S. S. ac individuae Trinitatis, insigni animi tranquillitate ac moderatione, hanc rem divinam aggressi, spatio octidui precipuas materias hucusque controversas ad manus sumpserunt, & exactè ponderarunt, de iis contulerunt, actumque & conclu-

conclusum inter ipsos fuit, citra ullius tamen alterius præjudicium ac imprimis sub præfata Celsitudinis suæ beneplacito, id quod sequitur.

§ 2. Et primò in articulo de S. Cœna inter partes *Utrunque* convenit, *Spiritualement manducationem* Corporis Christi ad salutem omninò necessariam esse, & sine ea usum Sacramenti nemini esse salutarem. Per spiritualement vero manducationem corporis Christi & bibitionem sanguinis ejus utrinque intelligitur actus veræ fidei, prout fertur in Christum crucifixum seu in venerabile ejus corpus pro nobis in mortem traditum, & sanguinem ejus pro nobis effusum & utrumque apprehendit, sibi que cum omnibus Christi meritis applicat.

§ 3. *Utrunque* etiam *fractionem* panis *usualis* utilem & pium esse ritum agnovere, adeoque in illis Ecclesiis, in quibus hæctenus non obtinuit, commodè introduci posse, si *consensus* earum impetrari queat. *Marpurgenses*, etsi *usualis* panem *orbiculari*, in parte diversa usitato, præferrent, orbicularem tamen istum se non ita habere, ac si verus panis non esset, declararunt. In eo tantum quoad hoc diversum sentire, quod etiam Theologi Marpurgenses ritum fractionis non quidem ad essentiam Sacramenti, sed tamen ad integritatem ejus, propter

pter

pter Christi exemplum & mandatum necessarium ducerent: quam necessitatem *Rintelenses* Theologi non agnoscebant.

§ 4. Quod ad oralem manducationem corporis Christi attinet, quæsitum fuit, *An corpus Christi in usu Sacramentali unâ cum pane comesto in ore unius cujusque sumentis tam fidelis quam infidelis ἀδιαστόως præsens sistatur?* Ita formatus fuit status controversiæ. Circa quem Theologi quidem *Rintelenses* affirmativam *Marpurgenses* verò negativam defenderunt. Quoad momentum verò convenit, quod controversiæ istæ quæstiones sive assertæ sive negatæ, ipsum salutis fundamentum non evertant, quum *Utrique* in confesso sit, in *utriusque partis Ecclesiis*, non obstante illa dissensione, usum Sacramenti secundum institutum Christi, sine substantialium additione vel detractone integrum & illibatum manere.

§ 5. De hinc de *Prædestinatione*, *Gratiâ*, & *Libero arbitrio* inter collocutores pluribus actum. Convenit inter utrosque post hominis lapsum nullas esse, nec remansisse in ipso residuas vires ad bonum spirituale vel inchoandum vel peragendum, totumque humanæ salutis negotium à divina voluntate, beneplacito & gratia unicè dependere. Remanserunt tamen sequentes inter ipsos *Quæstiones* controversæ:

§ 6. *An*

I.

§ 6. *An Deus omnibus & singulis hominibus gratiam suam per ordinaria media conferre paratus sit, adeoque omnes & singulos vocare, convertere, regenerare, justificare, adoptare, & glorificare velit?* Quam quæstionem Theologi Rintelenses, de voluntate conditionata, sed tamen feriâ intellectam, affirmabant. Si autem de voluntate absoluta, aut quæ non per ordinatam sed absolutam Dei potentiam se exserat, intelligitur, negabant. *Marpurgenses* verò utroque sensu negativam tuebantur.

II.

§ 7. *An Gratia conversionis ita se habeat, ut homo, in virtute gratiæ, Evangelio obsequium prestare, & per connatam malitiam ei resistere, & obicem ponere æquè possit?* Quod Theologis Rintelensibus affirmantibus, *Marpurgenses* negabant.

III.

§ 8. *An Prædestinatio secundum præscientiam perseverantis fidei sit facta?* Theologi Rintelenses affirmabant, negabant *Marpurgenses*.

IV.

§ 9. *An Reprobatio nonnullorum sit facta secundum præscientiam finalis impœnitentiæ & incredulitatis?* Theologi Rintelenses affirmantem, *Marpurgenses* negantem tuebantur. Hi enim,
etsi

etsi non nisi propter peccata, finalem impœnitentiam & incredulitatem, damnationem hominis in tempore irrogandam à Deo decretam esse agnoscerent, ipsa tamen peccata aut impœnitentiæ aut incredulitatis finalis prævisionem, esse causam discretionis reproborum ab electis, adeoque ipsius decreti reprobationis non concedebant.

V.

§ 10. *An Christus pro omnibus & singulis hominibus tam reprobis quam electis sit mortuus, iisque remissionem peccatorum, justitiam & vitam eternam sit promeritus?* Theologi Rintelenses similiter affirmabant, negabant Marpurgenses.

VI.

§ 11. *An qui pro presenti verâ fide justificante præditus, & in statu gratiæ est, per aliqua peccata à se commissa fide & gratiâ excidere possit?* Theologi Rintelenses id affirmabant. De electis vero secundum præscientiam fidei statuebant eos finaliter excidere non posse, non quod hoc sit impossibile absolutè, sed ex hypothese divinæ præscientiæ. Contra negativam adstruebant Marpurgenses, ita tamen, non quòd absolutè illud tò non excidere fide & gratia, fieri non possit, sed ex hypothese divinæ gratiæ, quæ est ἀμεταμέλητος. De momento circa controversias ejusmodi, de prædestinatione, gratiâ & libero

bero

bero arbitrio itidem ita *convenit*. Quoniam *utrinque* in confesso est, hominem ex propriis suis viribus nullum bonum spirituale vel inchoare vel perficere posse, sed hoc totum divinæ gratiæ deberi, sic ut Pelagiana dogmata neutra pars probet, sed utraque illa damnet & aversetur, Semipelagiana quoque rejiciat; quia etiam regulæ practicæ, quæ salutem & justificationem à vera fide suspendunt, inconcussæ manent nempe, *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, qui non crediderit, condemnabitur*, cum similibus; Quibus Theologi *Marpurgenses* has rationes addiderunt, quod quæstiones circa hos articulos controversæ, pleræque vel summa voluntatis divinæ mysteria & inscrutabilia judicia, vel modum divinæ virtutis in homine occultum concernunt, ac insuper plurimi homines sine talium cognitione servantur, & servari possunt: idcirco visum est controversias istas *non ita comparatas esse, ut dissensum in fundamento fidei inducant*, sed posse illis etiam manentibus, quoad Deus ulteriorem gratiam uni & alteri parti largitus fuerit, salva etiam sentiendi libertate, concordiam Christianam & pacem Ecclesiasticam stabiliri & conservari, ita ut neutra pars alteram damnet, aut acerbius traducat.

§ 12. Inde ad *articulum de Persona Christi*
progressi

progressi sunt: *convenit inter Utrosque*, divinam & humanam Christi naturam revera & personaliter esse unitas, sic ut Christus Deus & homo sit in personæ unitate, & illam unionem factam esse, non ut altera natura in alteram mutaretur aut converteretur, nec ut altera alteram absorberet, verum ut integra manente in unione utraq; natura utriusque simul proprietates essentielles salvæ manerent: ac propterea utrinque receptum est, unionem istam inter utramque naturam *ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρείως*, inconfusè, citra mutationem, indivisim & inseparabiliter, esse factam.

§ 13. De *prædicationibus* proinde *personalibus* & *communicatione Idiomatum* pariter *convenit*, in concreto nomina naturarum de se invicem verè, & in propria verborum significatione prædicari, *Deus est homo, & homo est Deus*. Convenit etiam de eo, proprietates utriusque naturæ de tota persona in concreto verè & realiter prædicari, sic tamen ut illud intelligatur secundum illam naturam cui istæ proprietates propriæ sunt.

§ 14. In eo tantum *remansit questio*, *An quædam attributa divina de natura humana etiam in abstracto prædicari queant?* Theologi Rintelenses asseriebant, humanæ naturæ in abstracto *com-*
N **municatam**

municatam esse Majestatem divinam, quæ consistat in perfectionibus & attributis divinis, & juribus supremi Domini, ut Matth. 28. 18. *Data est mihi omnis potestas &c:* quam ἐξουσίαν interpretabantur potestatem moralem, non potentiam Physicam, ita ut humana natura Christi omnem gubernandi potestatem in cælo & in terra obtineat; illud autem Dominum exercere per omnipotentiam, non quòd ipsa ubique sit præsens, sed exercere illud per omnipotentiam ubique præsentem, tanquam per principium hypostatice sibi conjunctum.

§ 15. *Deinde* statuebant, omnia quidem attributa divina humanæ Christi naturæ esse communicata hoc ipso, quod ipsi sunt unita, quia attributa divina sint idem cum divina natura, jam verò divina natura sit unita humanæ & per consequens etiam attributa; interim tamen se non asserere, omnia attributa divina de natura humana prædicari posse, sed illa tantum quæ admittunt actum secundum, seu quæ ad operandum sunt comparata; ita exempli gratia, recte dici posse, humanam naturam omnipotentem, sed per denominationem extrinsecam: neque enim sententiam suam esse, humanam Christi naturam intrinsecè omnipotentem esse; idemque statuendū de illa propositione; *Humana Christi natura est omniscia.*

§ 16. *Ter-*

§ 16. *Tertio*, quoad opera omnipotentiae assererebant, eorum principium Quod esse ipsum Christum, ut ὑφιστάμενον, naturam utramque in genere causae efficientis Physicae principium Quo, sed diversimode, naturam divinam principale, humanam minus principale, ut quando Christus edidit miracula, in illis producendis divina natura per omnipotentiam intrinsicè sibi convenientem operata sit, humanam naturam minus principaliter, per omnipotentiam sibi hypostaticè conjunctam ad actum concurrente.

§ 17. Theologi verò *Marpurgenses* contra assererebant, sufficere praedicationem Idiomatum de tota persona in concreto, nec ulla idiomata divina in abstracto de natura humana praedicari posse. Et quoad opera omnipotentiae statuebant hi, in istis utramque quidem naturam concurrere, sed unamquamque per potentiam suam, divinam scilicet naturam per omnipotentiam, humanam per potentiam finitam.

§ 18. *Momentum controversiae dijudicarunt sic; Cum convenerit* (1.) Christum Servatorem nostrum verum esse Deum, Patri & Spiritui S. ὁμοῦσιον, verum item hominem nobis per omnia excepto peccato similem, & duas illas naturas in Christo verè & personaliter, salvis utriusque naturae proprietatibus, unitas esse;

N 2

(2.) Hu-

(2.) Humanam Christi naturam ad dextram Dei sedentem, ad summam gloriam esse evertam; (3.) Omnes etiam Nestorij, Eutychis, Marcionis, Arij, Photini, Pauli Samosatani, Socini, aliorumque similium, qui vel unius, vel alterius naturæ in Christo veritatem sustulerunt, vel unionem earum everterunt, hæreses & prava dogmata utrinque rejiciantur; (4.) Neque Theologi Marpurgenses, negando communicationem majestatis divinæ, unionem personalem dissolutam velint, neque Rintelenses, eam adstruendo, naturarum confusionem inducere cupiant; *Questionem* in controversia adhuc positam *tanti ponderis non esse, ut qui vel affirmantem, vel negantem sententiam adstruat, fundamentum fidei & salutis evertere sit dicendus, cum in iis, in quibus utrinque consensus est, fidei substantia circa hunc articulum omnino consistat.*

§ 19. *Denique de Sacro Baptismo* collatio instituta; Theologi *utrinque consensere* in hoc, quod infantes sint baptizandi secundum institutionem Christi, cujus finis est, ut Christo inferantur & spiritualiter regenerentur: Utrique etiam necessitatem Baptismi agnoverunt, non tamen absolutè, verum ita, ut non privatio sed contemptus baptismi damnet.

§ 20. *Re-*

§ 20. Remansere questiones controversæ hæc :

I. An Infantes ante Baptismum sancti sint.

II. An, si infans non per inevitabilem necessitatem à baptismo excludatur, sed parentes, qui possent, & moniti baptismum maturare deberent, illud tamen facere negligant, & sic infans sine baptismo obeat, ille parentum contemptus, aut culpabilis neglectus, salutem ejus impediat ?

§ 21. De quibus Rintelensium sententia hæc erat, Infantes demum per baptismum ordinariè in fœdus recipi, & Ecclesiæ atque Christo ut capiti inferi; unde quamvis non præcisè ejusmodi infantem damnare vellent, contemptum tamen, aut culpabilem neglectum baptismi, non carere periculo existimabant. Utrum per extraordinariam gratiam infantes, qui culpâ parentum non baptizati decedunt, regenerentur & adoptentur, se non determinare dicebant. Atque hinc statuebant, in casu necessitatis, imminente periculo mortis, & negatâ ordinariâ Ministri copiâ, non immeritò receptum esse, ut etiam *Laicus Baptismum administret*.

§ 22. Marpurgenses verò hîc sentiebant, infantes quidem quoad corruptionem naturæ, omnino in peccato originis nasci, & verè peccatores esse, sed tamen ex fidelibus parentibus prognatos, secundum promissionem divinam

foederatos, & sanctitatis foederalis, quamvis non habitualis aut inhærentis, participes cense-ri, quod foedus per Baptismum confirmetur. Prout etiam Spiritum S. & ante baptismum & post illum (nam momento temporis regenerationis actum non adstringunt) in infantibus, hinc decedentibus, suâ operatione regeneratio- nem liberè operari posse censebant, sic ut ex re- gula charitatis de omnibus fidelium infantibus benè sperarent: Etsi enim actualis fidei, quæ ex auditu verbi est, capaces non sint, non ta- men inde excluditur talis Spiritus S. gratia, quâ ipsi infantes suo modo, quamvis nobis incogni- to, verè tamen regenerentur. Culpam paren- tum infantibus censuerunt obesse non debere. Sed nec administrationem Baptismi Laicis con- cedendam arbitrati sunt.

§ 23. *Verum neque per has etiam controversias salutis fundamentum à neutra dissentientium parte tolli, sæpè memorati Theologi Utrunque decla- rarunt, cùm de necessitate baptismi in se & es- sentialibus Sacramenti ipsius utrinque conve- niant.*

§ 24. *Exorcismum in formula baptismi quod attinet, Rintelenses Theologi illum in suis Ec- clesiis adhuc obtinere confessi, pariter testati sunt, se tamen non existimare infantem à malo Spiritu*

Spiritu

Spiritu corporaliter esse obsessum, sed se ritum illum solum pro precibus contra Satanam ejusque vim habere, & ad significandam peccati originalis habitualementem inhærentiam: Non etiam sibi fore adversum, si id ab Ecclesiis suis impetrari possit, ut istæ Exorcismi formulæ in expressas preces commutentur.

§ 25. Ex his ita ultrò citroque actis, cognitatis, perpensis atque declaratis, *quum constaret circa ea que fundamentum fidei & salutis constituunt plenum esse consensum, questiones autem controversas fundamentum istud minimè attingere, minusque multò tollere aut evertere; Convenit inter præfatos D. Theologos Utrunque, ne altera pars alteram propter dissensum in prædictis questionibus residuis traducat, convitiis proscindat aut damnet, sed se mutuo sincera & fraterna charitate complectantur: Utrique parti addicti etiam ad hoc disponantur, quò se invicem pro ejusdem veræ Christi Ecclesie Catholicae membris, veræque & salvificæ in Christum fidei consortibus, atque vitæ æternæ heredibus agnoscant; quod duraturæ pacis & concordie Ecclesiasticæ stabiliendæ & conservandæ verum medium & firmissimum vinculum futurum sit.*

§ 26. Quod ut tantò feliciter procedat, de hoc quoque convenit, Pastores utriusque partis

controversias istas pro concione tractare non debere.
 Quòd si textus aut alia necessitas exigere videatur, ut ipsum dogma tangatur & explicetur, non nisi summà cum modestià id fiat, dissentientium nulla fiat mentio, nullum ipsis verbum diriusculum excidat, quo exosi apud plebem fiant, multoque minus acerbè eorum sententia exagitetur, non adfingatur aliena, consequentiæ non agnitæ non imputentur, sed simplex solùm veritatis declaratio & confirmatio ex Scriptura proferatur, eoque præcipue spectent verbi divini præcones, ut populum quæstionibus difficilioribus & captum ejus superantibus non turbent, sed omnia ad ædificationem in fide, pietate & vita Christiano homine digna, dirigant.

§ 27. *In Scholis quoque & Academiis*, ubi tractandæ venerint, magna pariter cum moderatione tractentur, & citra ullam insectationem dissentientium; A personalibus omnino abstinatur; Si cujus dissentientium rationes expendendæ sint, sine nominis indicio expendantur, nisi certa id causa postulet; quo casu id non sine honoris præfatione, & charitatis Christianæ erga ipsum declaratione, fiat.

§ 28. Tandem & in hoc convenere Marpurgenses & Rintelenses Theologi, supra memoratam

ratam

ratam Serenissimam suam Celsitudinem sub-
 misse *hisce rogandam & orandam esse, ut divinum*
hoc pacis Ecclesiastica negotium inter illos coeptum,
 gratiâ suâ porrò Clementissimè *fovere & promo-*
vere dignetur, quo viciniore Academia & Eccle-
sia, imprimis Brandenburgica & Brunsvicenses in
 ejus societatem trahantur.

§ 29. Quoniam verò quæstiones aliquot; ut
 ex superioribus patet, adhuc controversæ ma-
 nent, in quibus consensus optandus, rogant pa-
 riter submississimè, ut Serenissima sua Celsitu-
 do aliquando rem consilio & ope sua eò clemen-
 tissimè dirigere ne gravetur, quò ex singulis A-
 cademiis, inter quas jam consensus de funda-
 mentalibus initus est, & in posterum inibitur,
 singuli *Theologi moderati, ut veritatis sic pacis*
& concordia studiosi, in certum aliquem locum
convocentur, qui controversias istas ex ordine
 accuratè expendant, ita ut statu controversiæ
 ritè formato, pars affirmans suæ assertionis ra-
 tiones proponat, atque ut una post aliam di-
 stinctè tractetur; quod ita posset fieri commo-
 dè, si ratio aut argumentum unum ore prola-
 tum, in calamum dictetur, & statim à propo-
 nente revideatur; deindè dissentiens ad illud
 respondeat oretenus, illamque responsionem
 suam similiter in calamum dictet, mox revideat,

N 5

& si

& si quæ forsan aliena, & ad rem non adeo pertinentia responsioni admista essent, refecet; ad quam prior simili modo excipiat, & si quid in responsione alterius adhuc alienum à re præsentati videatur, jus illud indicandi ac refecandi habeat. Ita opponendo, excipiendo & reponendo, quamdiu aliquid contra id quod prolatum est, excipi & reponi possit, de orationum firmitudine aut imbecillitate brevi constaret, multaque quæ in editis hætenus scriptis non comparent, in considerationem venirent, & intra paucos menses, quin septimanas, multa, quin pleraque, per Dei gratiam aut conciliari, aut saltem mitigari posse viderentur.

In majorem fidem, initio memorati, Celsitudinis suæ DD. Deputati, una cum supra nominatis DD. Theologis Marpurgensibus & Rintelensibus, hæc manu propria subscripserunt, Cassellis die 9. Julij. Ann. 1661.

Joh. Caspar à Dô- Joh. Henr. Casp. Frideri-
ringuenberg. à Dauber. cus à Dalwig.

Sebastianus Curtius Petrus Musæus D.
D. p. t. Rector. p. t. Rector.

Johannes Heinius D. Johan. Hennichius D.

FINIS DISP. II.

DISPU.

DISPUTATIO TERTIA,
De
MEDIIS RECONCI-
LIATIONIS,

Publicè ventilata III. Martij An. CIO IOCLXIII.

Respondente

WILHELMO WASMUNT,
Castropensi.

T H E S I S I.

UT vidimus præcedenti dispu-
tatione, Evangelicorum *Re-*
conciliationem non modo *Ne-*
cessariam esse, ob mandata divina pa-
cem inculcantia, ob pacis fructum &
dissidij malum; sed & *Possibilem*, ad
imitationem concordiaë Marpurgen-
sis, Wittenbergensis, Helvetiorum,
Polonorum, Bohemorum, Gallorum,
Hassorum, aliorumque: restat *Media*
Reconciliationis explicemus.

II. *Mediorum Primum, Intermedium*
& *Ultimum*, in initio, medio & fine
Reconciliationis unice usurpandum,
sit *Divini Numinis invocatio*, ut Deus,
qui

qui solus corda instar ceræ flectere potest, animos Utriusque Partis alienatos coadunet; calumniantium & Adversam Partem temerario præjudicio condemnantium oculos aperiat, ut manifestatam in s. l. veritatem clare intueantur ac percipiant; eorum animos immutet, ut ex caritate dextre de Fratrum dogmatis judicent, & in sequiorem hactenus ex odio, vel præjudicio, vel affectâ consequentiâ, explicata, sententiam, in benigniorem imposterum interpretentur; ut idem, cui omnia sunt possibile, dissidia sopiat, controversias emolliat, omnes reconciliationis remoras removeat, & concordiaæ viam ac modos (quos semper promovere obligamur, quibusque Deus uti vult) suggerat, quæque à nobis adhibentur media promoveat, iisque ut felicem fortiantur exitum benedicat.

§ 2. Divina enim sine benedictione & auxilio inanes nostri omnes sunt labores.

labores. *Frustra*, inquit Psalmista Ps. 127. *laborant ædificatores de domo, nisi Jehova ædificet eam, nisi Jehova custodiat civitatem, frustra sedulus est custos.* Denn (ut Lutherus literis ad Helvetios [a] loquitur) wenn wir schon / so es mit ernst treiben / das höchst thun / dürfen wir dennoch grosse Gottes hülf und rath / weil der Satan uns und der Concordia feind / wol wird die seinen zufinden wissen / die bäume und felsen in den weg werffen werden. Hinc & literis ad Strasburgenses [b], Was mit Gott angefangen ist / das werd er durch unser gebett / und sehnlichs suchen bewogen und erbeten / vollbringen / auff daß diese concordie ohne alle fernere scrupel und offension vollkommen und bestendich seyn möge. Quare sic initio prædict. literarum ad Helvet. Deum invocat, Der Gott und Vatter aller einigkeit und liebe wolle selbst solch gut angefangen werck vollführen: & iterum in fine earundem, Der Vatter aller barmherzigkeit verleihe Uns seinen H. Geist / der unser herzen zusammen schmelze in Christlicher liebe und anschlägen / al-

leit

a] *Vid.* disp. nostr. 1. thes. 33.

b] disp. 1. thes. 26.

len schaum und rost menschlicher und teuflischer
bosheit und verdacht außsege etc.

III. Huic primo *Subordinata Media*, alia in *Reconciliationis Preparazione*, alia in ejus *Consummatione* considero.

IV. *Præparatio* fit 1. *Animorum*, 2. *ipsius Reconciliationis*. *Consummatio* publico fiat *Colloquio*.

V. Animi præparentur *Convitiis* ac *Dissidij* ulterioris *intermissione*.

VI. Ante omnia à *convitiis* *Utrique Parti abstinendum* judico; nulla enim re magis exacerbantur & lacerantur animi quam *convitiis*; quum contra iis nil proficiatur: Deinde etiam omnia *factiosa dissidia*, *rixas novasque lites*, *litiumque occasiones* *studiose cavendas* reor; quum istiusmodi novis *dissidiis controversiæ* neutiquam *imminuantur*, sed *augeantur*.

§ 2. Hic cognoscant omnes *Ecclesie Doctores*, quid sui sit officij; cujus qui *immemores* sunt, ab aliis *fraterne*
admo.

admoneantur. Hic initium faciant *O-*
mnes quibus Partes reconciliare cura est,
 & ommissis aliis inutilibus ambagibus,
 animos primùm adhortando, rogan-
 do, obtestando, ad fraternam conso-
 ciationem præparare allaborent. Hic
 & *Magistratûs* severa animadversio in
 Convitatores & Litium disseminato-
 res accedat necesse est. Quum enim
 utrumque vitium magnum sit crimen,
 etiam politica authoritate in delin-
 quentes animadvertendum est; præ-
 fertim quum eadem vitia in quorun-
 dam Alterius partis cœtibus, non vul-
 garia tantum & quasi usu recepta sint,
 sed & in tantam altitudinem excreve-
 rint, ut non modo Doctores in omni
 fere concione, sed & privati quique,
 tam soli, quàm in primo cum Nostris
 congressu, Calvinianos, ut appellant,
 diris execrationibus proscindant.

§ 3. Hic igitur Magistratus (quos,
 si hujus sui muneris obliviscantur, o-
 mnes *ἐιρηνοποιοί* exorabunt & hortabun-
 tur,)

tur,) *Omnibus sibi subjectis*, maximè *Scholarum Doctoribus & Ecclesiarum Gubernatoribus*, sub severa mulcta, omnibus convitiis, novisque factiosis dissidiis & litibus interdican-
 que calumniantium ac convitiantium libellos (qualis Nicolai spurcissimus libellus *Deus Calvinistarum* inscriptus) supprimant: Et contra Eosdem bono exemplo, in omni lenitate & patientia, coetibus suis præire jubeant, jubeant eos, Auditoribus suis mansuetudinem ac lenitatem animi, & nævorum in Fratribus suis tolerantiam, serio inculcare, atque omnium conviti-
 rum, rixarum, ac novarum litium abstinentiam unice commendare.

§ 4. Sic paulatim dissidia sopien-
 tur, atque animi dissiti magis magisque coadunabuntur: uti iterum Lutherus literis prædictis Helvetiis scribit; de conviti-
 orum intermissione, *Mein freundliche bitte ist / E. E. wollen darzuthun und mit ernst verschaffen / daß bey euch und den ewren /*
 die

die schreyer so wider uns und die Concordie plaudern sich ihres schreyens enthalten / und das volck einfältiglich lehren : gleich wie auch wir allhie beyde in schrifftten und predigten uns gar stille halten und mässigen wider die Eweren zu schreyen / damit wir auch nicht ursach sein die Concordie zu hinderen / welche wir ja gern von herzen sehen / und Gott gelobt / des sechten und schreyens bishero genug gewesen / wo es hätte etwas solten außrichten: & de rixarum, novarumq; litium intermissione, Weil der Satan Uns und der Concordie feind wol wird die seinen zu finden wissen / die bäume und felsen in den weg werffen werden / ist nicht noht daß auch wir haider anrichten und verdächtigt aufeinander seyn / sondern nur die herzen und händ einander reichen / gleich und vest halten / damit es nicht hernach ärger werde dann zuvor: & rursum, Die zweytracht weder mir noch jemand geholffen / sondern vilen schaden gethan hat / daß freylich nicht möglich noch gut darinnen zu hoffen gewesen / auch noch ist.

VIII. *At inquit aliquis, Quomodo Magistratus suæ Jurisdictionis Pastoribus ac Doctoribus Convitiatorum silentium imponet, antequam ille Magistratus*

O

stratus

stratus ejusque Ecclesiarum & Scholarum Doctores edocti fuerint, dissentientium Evangelicorum dogmata tam enormia ac horrenda non esse, ut convitia promereantur, rixæque illis merito intententur? Resp. Convitia nemini dicenda sunt, ne quidem summis inimicis, imo ne execrantibus nos, & maledicentibus nobis; sed & ex præscripto Christi, est benedicendum execrantibus nos, & orandum pro infestantibus nos, Luc. 6. 28. (ut Vindictiarum Nostrarum Institut. Calvinii disp. 1. th. 8. & 9. demonstravimus.) Quare summo jure, quin & mandato divino, non tantum potest, sed & ex conscientia debet summus Magistratus suis Scholarum & Ecclesiarum Doctores, Omnibusque Subjectis omnia Evangelicorum, qui se Fratres appellant, mutua convitia severe interdicerere, etiam nondum instituto examine, an ipsorum dogmata convitiis digna sint, nec ne.

§ 2. Rixa-

§ 2. *Rixarum* vero & *dissidiorum* intermissio quomodo indicetur, quamdiu *Partes* nondum convenère, sed adhuc in *dogmatis* quibusdam dissentiunt? *Resp.* *Rixæ*, altercationes & *lites* nunquam sunt licitæ, *Prov.* 16. v. 28. c. 17. v. 14. 19. c. 20. v. 3. quare interdiciendæ sunt. Interim absque rixosis dissidiis & litibus dissentire ab alterius partis sententia licet, & utrique parti sua dogmata non tantum asserere, sed & in contrarium ab altera parte lata argumenta solvere, liberum est, si id fiat sobrie, modeste & temperanter, tum ab Ecclesiarum tum Scholarum Doctoribus.

§ 3. *In publica* quidem *Concione* omnibus rigidis loquutionibus, maxime odiosis Calvinistarum & Ubiquitistarum nominibus, omnibusque convitiis studiose abstinenceatur, fratresque qui errare putantur, non diris execrationibus devoveantur, aut condemnentur, sed precibus ad Deum

O 2

eorum

eorum cōversio exoretur; nec populus
difficilibus & captum illius superanti-
bus controversis quæstionibus turbe-
tur, sed omnia ad illius ædificationem,
ac charitatis promotionem dirigantur.
Si vero textus controversias attingere
jubeat, nude, suppresso & religiosè
vitato Lutheranorum & Reformato-
rum nomine, explicentur, & dogmata
Utrinq;, sine alterius partis dissentien-
tis non necessaria appellatione, stabi-
liantur, & à manifestis erroribus, si ne-
cessarium sit, modeste liberentur. Sic
enim Reformati in Lutheranorum &
Lutherani in Reformatorum cœtu vix
se tangi animadvertent, exacerbatio-
nes oblivioni tradentur, & corda uni-
entur, ac controversiæ paulatim sopi-
entur: quum contra ubi convitia di-
cuntur, aut odiosa nomina pro con-
cione inclamantur, ejusmodi licentiâ
concionum, quasi coram tota concio-
ne dedecus acceperit, laceffit, reli-
quæ concioni aures occludat, imo tan-
dem

dem

dem ab omni illius coetus frequentatione abstineat.

§ 4. Talis & à *Scholarum Doctoribus*, Controversias Evangelicorum explicantibus aut scribentibus, adhibeatur moderatio. Nude etiam ac modeste, citra dissentientium irritationem aut dehonestamentum, controversias tractent, & juventutem primo ac maxime quæ creditu necessaria sunt fundamenta fidei doceant, in controversiis autem minus & postremo eam exerceant; quod maxime de inutilibus & immodicis, (modicum autem Philosophiæ in Theologicis usum relinquo,) Scholasticorum, & otiosis irrequietorum ac curiosorum hominum (*de quibus jam jam dico*) quæstionibus intellectum volo; secus ac in nonnullis obtinet Academiis, ubi juvenus erudite in dictis controversiis sæpe disputare discit, at in fundamentalibus misere non raro cespitat: nulla præterea convitia nulla opprobria aut

contumeliosa nomina in Fratres evocant, ne qui causâ superiores esse nequeunt, convitiis prævalere annitantur: nullas etiam inutilibus ac curiosis quæstionibus, ac controversiis, Scholis & Ecclesiæ turbas novas cieant, sed ex S. Scripturæ penetralibus doctrinam hauriant probentque, non sapientes ὑπὲρ ὃ γέγραπται (1. Cor. 4. v. 6.) Quum enim sententia sententiam trahat, & ex una posita thesi in plures alias facilis sit prolapsus, (ut ex uno articulo de modo præsentia corporis Christi plures tractu temporis sunt enati); imò, proh dolor, (ut & *Rami Olive Septentrionalis baccâ tertiâ*, monetur) corruptissimo hoc nostro seculo, Multi luxuriantis ingenij sint homines, qui antiquam simplicitatem, simplicemque antiquitatem fastidiant, nec in bene repertis, ac simpliciter ex simplici Scripturæ veritate deductis, (quòd segnitiam putant, & quasi idiotissimi & trivialis scientiæ damnant)
acquie-

acquiescant, sed ignota, citra revelationem, vel ex proprio cordis figmento, vel alienis novisque, & allegoricis sæpe, scripturæ expositionibus, procedant, & subtilia magis quam utilia, magis abstrusa quam ædificationi inservientia scrutentur ac moliantur, eademque instar Romani Pontificis, (quasi soli clavem S. Scripturæ, omnibus hæctenus Orthodoxis Theologis aut incognitam aut denegatam haberent) magistraliter decernant, &, ad Patrum Bergensium, in Concordia sua discordi, imitationem, novis suis conceptibus supera & infera moveant, Scholas & Ecclesias turbent, positiones suas novas, velut oracula, pari cum divinis liquido revelatis pretio imprudentibus, (quibus Nova, quamvis raro bona, aut veteribus meliora solo novitatis, cujus mens humana est avida, titulo, abblandiuntur, & vetera solo vetustatis nomine tanquam obseleta sordescunt) instillent; has autem

O 4 dicta-

dictatorias suas sententias recipere ab-
nuentes, aut saltem in totum non ap-
probantes, odio protinus, contume-
liis injuriisque dignos reputent, & fa-
ctiones sectasque conflantes, ac disci-
pulos à nomine suo appellantes, alios
dissentientes, Factiosos, Sectarios vo-
ciferentur, imò &, si liceat & queant,
eosdem persequantur, eorumque sen-
tentias, præterquam quod inique sæpe
allegant & intorquent, velut Idiota-
rum nœnias irrideant: summe quoque
necessarium est, ut termini controver-
siis, ne in immensum crescant, præfi-
gantur, Doctoresque serio moneantur,
ne ingenij sui luxurie doctrinam in ho-
ras innovent, sed seposita omni ambi-
tiosa curiositate, simpliciter ex claris
Scripturæ locis controversias deci-
dant, neve luxuriantium & innovan-
tium ingeniorum scripta propalent,
sed supprimant, & simplicem doctri-
nam in s. l. revelatam, ab inutilibus &
otiosis curiosorū quæstionibus ac sen-
tentiis separent.

§ 5. Utri-

§ 5. *Utrique*, tum *Scholarum* tum *Ecclesiarum* Doctores, Controversias sinistra alterius partis sententiæ explanatione ne augeant, sed benigniore interpretatione imminuere annitantur; neve, (*ut infra dicetur*) adversæ parti, per consequentias, quas eadem non agnoscit, dogmata, quibus repugnat, affingant, neque pacificis & tranquillam vitam ducentibus, scripto aut dictis, novas lites intentent; sed sincere & fraterne cum iis agant, semper, sive publicè, sive privatim, pacis desiderium ostendant, pacem sectentur, pacisque mediis studeant.

IX. Hæc autem prima animorum, per convitiarum ac contentionum intermissionem, præparatio quum maxime & ante omnia, in hoc Reconciliationis negotio, sit necessaria, non modo diligentissime & serio, ut monuimus, est instituenda, sed & *Refractarij debita pœna refrenandi sunt. Ecclesie* igitur *munus* porrò erit, convitiantes & rixan-

& rixantes, post unam aut alteram admonitionem, clavibus Regni Cœlorum ligare, tandemque contumaces à sacris arcere; nec ullos Ecclesiæ præficere Doctores, nisi viros pacificos, rixarum & convitiarum ofores, quique dissentientes à se Evangelicos, ob dissensum non fundamentalem, non execrentur & persequantur, sed Fratres agnoscant: e. g. si Calixtini, & his in animi lenitate & modestia similes, rigidioribus Wittenbergensibus, eorumque similibus, qui quasi *βοανεργὲς* videri volunt, præponantur. *Magistratus* item Politici hîc munus erit, eosdem turbones, pacisque Ecclesiasticæ adversarios, antè à se sancitâ refractariis multâ severe coercere, eamque, crescentibus delictis, augere, eosdem ab omnibus publicis muniis arcere, & solos viros moderatos ad eadem promovere; quin & subjectorum suorum liberis, studiis operam daturis, turbonum ac durissimorum illorum hominum institutioni

stitutioni se committere, sub poena denegandæ omnis ad Politica vel Ecclesiastica munia promotionis, serio interdiciant.

§ 2. Sic paulatim animi non tantum coadunabuntur, & ad concordiam præparabuntur, sed & Ecclesiæ à rixantibus, calumniantibus & convitiantibus istis monstris liberabuntur, & qui studiis invigilant, animadvertentes, convitiatores eorumque discipulos nullis muniis præfici, à convitiis sibi obfuturis sibi temperabunt, eadem paulatim dediscent, & desertis convitiatoribus moderatos undique quærent præceptores.

§ 3. Hanc Convitiorum ac Contentionum intermissionem quàm necessariam agnoverit *Lutherus* ex thes. VII. § 4. liquet, si modo ad iram incitatus propriæ admonitionis nunquam immemor factus fuisset: eandem & *Cassellani Colloquij Doctores*, in fine colloquij, operosissime non modò inculcant,

culcant, sed & Rintelenses Theologi fratres suos Wittenbergenses ab istiusmodi convitiis, calumniis & contentionibus dehortantur, & scriptâ ad reliquos suos fratres Augustanæ Confessionis epistolâ rogant, ne Wittenbergensium rigorem, quem sua Epicrisi expresserant, imitentur, sed Reformatos pro fratribus agnoscant, ut qui in fundamentalibus cum ipsis conspicerent: Summum verò hîc in tollendis convitiis & contentionibus, ac promovenda pace Ecclesiastica studium generosissime prodit, *Serenissimus Elector Brandenburgicus, Dominus Noster Clementissimus*, qui, ut alios ejus in componendis dissidiis piissimos labores, hoc loco taceam, variis Rescriptis Evangelicorum convitia ac contentiones severissime interdixit; sic non tantum An. 1660. certissimo muneri & multæ periculo sanxit, ut (I.) Ecclesiæ Doctores verbum Dei simpliciter doceant, & à verbis otiosis & odiosis, litemque

litemque parientibus plane abstineant, (2.) ab humanis affectibus & calumniis studiose sibi caveant, (3.) inutiles disputationes intermittant, nec privatas alicujus Doctoris loquutiones toti Ecclesie obtrudant, sed adversæ partis sententiam ex publicis confessionibus, sine malitiosa intorsione, sine convitiis, calumniis aut exosis nomenclationibus proponant, (4.) charitati erga Deum & proximum operam dent, & bono exemplo cœtibus suis præcant: sed & seq. An. 1662. subditis suis indixit, ne filios suos Philosophiæ & Theologiæ operam daturos in Wittenbergensem Academiam mittant, utque dictis studiis ibidem jam invigilantes intra tres menses illinc avocent. Utrumque Rescriptum Principis, omnibus æquis rerum Theologicarum arbitris gratissimum à Venerando Dn. Patruo D. *Joh. à Diest*, Sereniss. Elect. Brand. à Consiliis intimis, & Pro-Cancellario, mihi communicatum,

catum, hinc apponere libuit; ut quilibet non modo mecum Principis Nostri Optimi zelum pro Ecclesiæ pace & tranquillitate pleno ore deprædicet, sed & alij Principes, ad sananda Ecclesiæ laceratæ vulnera, & reprimendos turbones æmulentur.

J.

In Gottes Gnaden / Wir **JR JED**,
R JES W JHE M / Marggrave zu
 Brandenburg / des Heil: Römischen Reichs Erb-
 Cämmerer und Churfürst / etc. Thun kundt / vnd
 fügen hiemit allen und jeden Unsern Land- Dro-
 sten / Drostern / Amptleuthen / Richtern / Schul-
 theissen / Hogräven / imgleichen Bürgermei-
 stern / Scheffen und Rath in den Städten / Frey-
 heiten / wie auch allen und jeden Unterthanen
 Unsers Fürstenthumbs Cleve und Graffschafft
 Marck in Gnaden zuvernehmen / Demnach in
 dem Münsterischen und Snabrückischen im
 Jahr 1648. aufgerichteten Friedensschluß unter an-
 dern in dem siebenden Articul mit enthalten ist /
 daß im Heiligen Römischen Reich dieser dreyer-
 ley Glaubens-Bekännüssen und öffentliche Re-
 ligions-Übungen / nemlich beyde Evangelische
 Reformirte und Lutherische / und dan die Röm-
 isch

misch

misch-Catholische zugelassen seyn / und geschüzet
werden sollen / und solches zu dem ende also ver-
ordnet / daß dardurch der euserliche Politische
Friede und Ruhe desto besser unterhalten / auch
die Christliche Liebe mit mehrerm Ehyer vortge-
pflanket werden möge / und aber die Erfahrung
bezeuget / daß unser hiebevor dießfals beschehener
wolmeinenden Verordnung vielfaltig zuwieder
gehandelt werde / indem sich die Pastoren / Pre-
digere und Kirchenlehrer und zwar vornemblich
und ins besonder unter denselben die ungelehrte /
ungeschickte / und zum Predigamt fast unquali-
ficirte und untüchtige / auff den Cankelen / wieder
deren oder andern Glaubensbekänntniß zugetha-
ne / durch die Hitze eines unzeitigen eifers zu lästere-
und schmähaftten Worten und Reden / welche
die Gemüter der Zuhörer nicht erbarwen / sondern
nur verwirren und verbitteren / bewegen lassen / ja
wieder die Christliche Liebe bößhaftiger weise / an-
statt daß sie vor diejenige / welche sie vermeinen /
daß sie auff den Irwege seyen / bitten solten / ver-
keuren und verdammen / und dadurch nichts an-
ders als Haß / Meidt und Feindschafft den Ge-
mütern ihrer Zuhörer wieder dieselbe imprimiren,
worausß überall viel hochschädliche und ärgerliche
Dinge erfolgen. So haben Wir / die Wir son-
sten nicht gemeinet seynt / den Pastorn / Predi-
gerit

gern und Kirchenlehrern / zu welcher Religion sie auch unter erwehnten dreyen sich bekennen mögen / in ihr Gewissen oder desselben Freyheit zugreifen / wieder das Wort Gottes etwas zugebieten / oder eigentlich die Form und Arth des Predigampts vorzuschreiben / solcher ungebüer / und der darauff erwachsenden verbitterung und trennung der Gemüter / ferner vorzubawen / vor hochnötig erachtet und vor gut angesehen / sowol vorbemelten Euangelisch Reformirten und Lutherischen / als Römisch Catholischen Pastoren / Predigern und Kirchenlehrern / gewisse Regulen zu ihrer verhaltens Nachricht / hernach folgender massen gnädigst vorzustellen / dieser gestalt / daß ein jeder Pastor / Prediger oder Kirchenlehrer denselben Satzungen und Regulen bey verlust seines Ampts und fernerer wilkürlicher Straff unaufsätzlich geleben solle.

Erstlich / daß er seinen anbefohlenen Pfarrkindern und Zuhörern durch des Heiligen Geistes Beystandt die reine / heilsame gesunde Göttliche Lehr einzig und allein / wie dieselbige in den Schrifften der Propheten und Apostelen begriffen und gegründet / und also dem Wort Gottes gemess ist / wie solches von unsern hochgeehrten Vorfahrern / und ins besonder von weilandt Herrn Johannem des Nahmens den dritten Herzogen

hogen

rogen zu Cleve / Gülich / Berge / Graven zu der
 Marck und Ravensberg ꝛc. im Jahr 1633. am
 8. Tag Monats Aprilis in der durch offenen
 Druck publicirten Kirchenordnung mit mehrem
 erbawlich verordnet ist / vortragen / sich aller un-
 erbawlichen unschriftmäßigen Reden / die nur
 Wortgezank verursachen / gänzlich und zumahl
 enthalten / und allein den rechten Weg zur Seelige-
 keit seinen Zuhörern vortragen und einschärffen
 solle.

Vors andere / im lehren sich der menschlichen
 affecten und calumnirens über eine oder andere
 Kirche und derselben Lehrer gänzlich enthalten /
 und vermöge obgedachter Kirchen Ordnung die
 Zuhörer allein auff die wahre seeligmachende Er-
 känntniß Gottes und thewren Verdienst Christi
 weisen.

Zu welchem ende vors dritte / alles unnötige
 disputiren auff der Cansel fahren lassen / und wan
 er etwa einen Streit-punct / nach anleitung des
 Texts / und zuerbawung seiner Gemeinde / zuver-
 handelen und zuerklären haben würde / sich hüten
 solle / daß er die Particulier Meinungen und Ar-
 ten zu reden eines oder andern Gelehrten / einer
 ganzen Kirche wieder ihren Willen / eigentliche
 Meinung und Glaubens-Bekänntniß / nicht auf-
 dringe / und sie damit beschwere / sondern in Ber-
 P handelung

handlung der Streit-puncten zuvorderst seinen Zuhörern die reine Wahrheit Göttlichen Worts vorbringen / dar auff mit sanfftmütigen Geist / zu vortsetzung Lieb und Einigkeit / erklären / wie weit Gegentheil mit der wahren Lehr Göttlichen Worts / so viel der Herz ihne dessen Erkantniß verliehen / übereinstimmet / erörtern / ferner die Streit-Puncten oder controvertien auß gegen theils Kirchenbekantniß oder Catechismo sit sam und sanfftmütig / ohne verkehrung / ohne lästere rung / ohne schmähung und ohne feindseelige ver hasse / und bey Gegentheilen ungeständige Ma ß men / so nur desto grösser Haß verursachen / vor bringen / ja sich des verkehrers und verdammens / auch aller unzümblichen Reden und hitzigen auß fahrung gegen die eine oder andere Religion gän zlich enthalten / und in Summa keiner Kirchen irgendet eine Lehr oder Meinung / die sie selbst in ihrer öffentlichen Glaubens-Bekantniß nicht führet / beymessen oder andichten.

Vors vierdre / auch der Lieb gegen Gott und den Nächsten sich bestreissen / darzu seine Zuhörer vor allen dingen anmahnen / zu keiner zerrüttung zwischen seinen Zuhörern und denen / so einer an dern Glaubens-Bekantniß beygethan seynde / Ursach geben / sondern sich so wol in seinem Ampt friedtsfertig / als auch sonst im Leben seiner Her de zum

de zum

de zum Exempel und Benspiel Christlich und freündlich / als einem Diener Jesu Christi wol anstehet und gebühret / allenthalben erzeigen und tragen solle.

Wir befehlen zugleich euch obgemelten Un- fern Beampten hiemit ernstlich / daß ihr bey den Pflichten / womit ihr Uns verbunden sehet / über obgesetzter Verordnung steiff halten / auff die Verbrechere jedes mahl fleißige acht haben / und Uns also baldt bekant machen sollet / damit die- selbe andern zum Exempel mit remotion und ab- schaffung von ihren Kirchen- bedienungen und sonsten ferner nach erheischung ihrer Verbrechen gebührende abgestraffet / und dardurch der vorer- nehmer heilsahmer und nüslicher Zweck zu Got- tes Ehr und vermehrung Christlicher Liebe erhal- ten werden möge / In Ohrkundt Unsers hievoro- gedruckten Churfürstlichen Insiegels. Geben Cleve im Regierungs-Raht den 20. Maij 1660.

Anstatt und von wegen höchstg.

Ihr Churfürstl. Durchl.

VI: JOHAN VON DIEST.

II.

Wir FRIEDERICH WILHELM / von Gottes Gnaden / Marggrave zu Bran- denburg / des Heil: Röm. Reichs Erz-Cämmerer

P 2

und

und Churfürst/ 2c. Entbieten allen und jeden Un-
 fern Land / Drossen / Drossen / Amptmännern /
 Richtern / Hogreven / Schultheissen / Rentmei-
 stern/ fore Bürgermeister/ Scheffen und Rath-
 männern in den Städten/ und dan allen und Je-
 den unsern Unterthanen und Eingefessenen / so
 woll geistlichen als weltlichen standes in unserm
 Herzogthumb Cleve / und unser Graffschafft
 Marck Unsere Churfürstliche Gnade und grueß:
 Und geben ihnen zu vernehmen/ es ist auch ihnen
 ohne daß zur gnüge bekant und wissent / was ge-
 stalt Wir zeit unserer / durch des allerhöchsten
 gnade und güte/ nunmehr ein und Zwanzig jäh-
 rigen Regierung / unter andern unsere Landes-
 fürstliche sorgfalt / nach dem Exempel unsers
 Herrn Vatern und Großhern Vatern hochse-
 lichster Gedächtnis / dahin fürnemlich mit ge-
 richtet / wie unsere von Gott uns anvertraute
 Unterthanen / so wol in profan : als geistlichen
 stande/ in aller Gottseeligkeit und ehrbarkeit ein-
 geruhiges / Christliches und stilles leben führen /
 aller unzeitiger / unchristlicher haß und Verbit-
 trung / und absonderlich das untheologische Ver-
 kehern/ Verdammnen/ Verfolgen und Verlästern/
 in der Kirchen Gottes eingestellet bleiben / der so
 hochnötige Kirchenfried / oder biß derselbe erlan-
 get / eine Christliche toleranz und Evangelische
 bescheiden

bescheidenheit mit besserem ernst und eyver gesucht
 und befördert / die Jugendt dahin unterwiesen
 und angeführet / und ihnen sambt und sonders /
 das wahre Christenthumb / die Gottesfurcht / die
 Liebe gegen die Obrigkeit und den Nächsten / von
 ihren Seelsorgern und Lehrmeistern bengebracht
 und vermehret werden mögen. Wir haben auch/
 nicht ohne sonderbahre freude und Vergnüung /
 in der that erfahren und verspüret / daß der Aller-
 höchste an unterschiedenen orten / durch die krafft
 seines Heyligen geistes / gute würckungen gethan /
 und nicht allein einzele Persohnen / sondern auch
 ganze Corpora und Collegia dahin geleitet / daß
 Sie mehr auff die wahre / klare und unstreitige
 glaubens und lebens lehre von der Gottesfurcht
 und lebendigen glauben / als auff unnütze streiti-
 ge und zur Seeligkeit nicht nötige fragen / ihr ab-
 sehen gerichtet / Ihre Neben-Christen für glieder
 Unsers Herrn und Heylandes Jesu Christi / und
 zugleich bekennet / daß die zwischen denen Euan-
 gelischen sich annoch enthaltende irrungen von
 dergleichen importanz nicht wären / daß man
 deshalb einander alle toleranz / Christliche Liebe /
 ja Luft / Wasser und Feuer versagen / und ver-
 bieten / die Vereinigung verhindern / und mit de-
 nen an etlichen orten gleichsam eingewurzelten
 und angebohrnen hefftigkeiten / Verdammen /
 P 3 Verkegern /

Verlethern / Verlästern / falschen Auflagen und
 Antichtungen fortfahren / und die Kirche Got-
 tes/sambt den Heyligen Geist noch mehr und wei-
 ter betrüben solte : Dahero denn auch zu solchem
 ende/ anderer friedtlichen handelungen/ und nabe-
 mentlich der Leipzigerischen Conferenz im Jahr
 1631. zugeschwigen / zwischen denen Theologi-
 schen Collegien / Hessen Casselischen theils eine
 Christliche und Theologische Unterredung ge-
 pflogen / und zu einer nähern Zusammentretung
 ein guter grundt geleyet worden. Gleich wie wir
 aber auch dagegen / nich ohne geringe bewegung /
 befinden müssen/ wie das unzeitige Verdammen/
 Verlästern / Verleumbden und falsche Auflagen
 und Antichtungen auff der Benachbarten Uni-
 versitet Wittenberg / nicht allein bis anhero /
 nicht nachgelassen / sondern die übermessige ver-
 gallere bitterkeit auch noch darzu dahin außgebro-
 chen/das Unsere also genante Reformirte Christ-
 liche und Evangelische Religion und dero Beken-
 ner durch præcipitirte unrechtmessige Urtheil
 zum höchsten beleidiget / und in denenselbigen ei-
 nen Reformirten in eines Lutherischen Herren
 Landen und gebieth / auch das blosser domicilium
 zuergreiffen abgeschnitten vnd versaget / auch das
 solches Gottes Wort und befehl / wie auch denen
 Rechten durch auß gemees wäre / angeführet und
 behaubtet

behaubtet werden wollen: Über daß theils der
 Professorum an Unsere Unterthanen dergleichen
 Briefe abgehen lassen / wodurch dieselbe zum un-
 gehorsam und widerseßligkeit wider Uns / als
 Ihre von Gott fürgesetzte und Angebohrne Hohe
 Landesfürstliche Obrigkeit / auffgewiegelt und
 irre gemacht / hiernechst wieder den Kirchenfrieden
 grosse Vergallere untheologische Bücher und E-
 picrises geschrieben / in offenen Druck gegeben /
 und zugleich durch gedrückte Schreiben / in Un-
 sere Chur- und Fürstenthume / ohne onser wissen/
 willen und Zulassen / an Unsere Ministeria her-
 umb geschicket / dero selben synodalsch bedencken
 erfordert / und Wir nechst Unseren glaubens ge-
 nossen in solcher Schrift / wieder die offenbahre
 Wahrheit / wieder die Reichs-constitutiones, und
 den noch neulich zu Snabrück und Münster
 auffgerichteten frieden / von dem nahmen der Eu-
 angelischen und der Augspurgischen Confession
 von diesen unrühigen Leuthen / wan es in ihrem
 bösen willen und Mächten stunde / außgeschlossen
 seyn und bleiben sollen: Und wir nun wol sehen /
 daß / wan diesem bösen unwesen und polyprag-
 mosijnischen beginnen dieser außwertigen Leu-
 the in Unseren Landen nicht in Zeiten gesteuert
 und gewehret werde: Unserer getrewen Unter-
 thanen Kinder verführet / und denenselben der-

gleichen principia beygebracht werden solten / wodurch Sie zu Haß / Mißtrauen und ungehorsam gegen ihre Obrigkeit / Anrichtung Meuterey und spaltung im Regiment und der Kirchen Verfolgung ihres Neben-Christen und andern unChristlichen untugenden mehr zu ihrem eigenen Unglück und Nachtheil / auch Unserm und des Landes höchstem beschwer und Schaden angereiset / und zugleich die Verachtung der Gesetze / und des so hoch verpoentten Teuschchen Friedens denen unschuldigen herken eingedrückt bleibe : Solchem nach so haben Wir uns bey diesen unauffhörlichen / nachdencklichen und gefährlichen proceduren (: und da Wir theils derselben Vorhero andere Hohe Landes Fürstlichen Obrigkeit / als von welcher Wir ein anders / und daß sie an solchen Händeln kein gefallen tragen / versichert / in Schrifften gelangen lassen / dero selben auch nochmahls die auf dergleichen verbrechen / und daß sich dieselbe in frembde Staet und Regierungen mischen / in denen gemeinen Rechten / in denen Reichs constitutionibus und Instrumento pacis gesetzte und Verordnete Straffen billig anheimgeben und lassen :) endlich Unseres Ampts erinnern / und auff mittel und wege / auch wieder Unsern willen gedenecken müssen / wie Unsere Untertanen und dero selben Kinder / auch Wir / Unsere
Nach

Nachkommen und Unsere Lande für solchem un-
 wesen / darauß entstehender Unruhe / Ungehorsam /
 Empörung / Spaltung im Regiment und Kirchen /
 und Verachtung der Befehle / nun und ins künfftige
 verwahret seyn und bleiben mögen. Darumb so ordnen
 und setzen Wir / Krafft dieses / auß Landesfürstlicher
 Macht / Hoheit und Gewaldt / auch auß höchster
 Nothwendigkeit / und wollen / meynen es auch
 ernstlich / daß alle und jede Unsere Unterthanen
 von Prælaten / Grauen / Herren / Adell und Städten /
 hinfüro keinen der Ybrigen mehr auß die vorgedachte
 Universitet Wittenberg / umb daselbst Theologiam und
 Philosophiam zu studiren / schicken oder halten /
 auch da einer oder der ander Unserer Unterthanen
 seine Kinder des studij Theologici oder Philosophici
 halber / albereit dahin verschicket hette / dieselbe
 innerhalb dreyen Monaten / vom tage der Publication
 dieses Unsers Edicts und ordnung anzurechnen /
 wieder abforderen / und dieselbe aldar nicht lassen:
 Denn alle und jede / welche diesem Unserm Edict
 und Ordnung entgegen / dennoch dahin geschickt /
 oder die dahin geschickte in Vorgesetzter dreymonatlicher
 frist / nicht zurück und abgefordert sind / sollen
 in allen Unseren Landē nicht gefordert / oder zu
 einigem diēste in Geist: oder weltliche stāde
 angenommen und bestellet werde; Wir befehlen

P 5

demnach

demnach euch obgemelten sampt und besonders
 bevorab Unsern Beampten und Bedienten hie
 mit gnädigst und ernstlich daß sie über diesem Un
 serm Edict und Ordnung steuff fäst und unvere
 brüchlich halten / und hinfüro keinen / welcher
 diesem Unserm Edict zuwieder gelebet / Uns zu
 einiger geistlichen oder weltlichen bestallung præ
 sentiren / recommendiren und Vorschlagen / son
 dern dieselbe also fort abweisen / und solches nicht
 anders thun und lassen / so lieb einem jeden ist un
 sere schwere ungnade und unaußbleibliche exem
 plarische Straffe und animadversion zuverhüten
 und zuvermenden: Darnach sich ein Jeder zu
 achten und für Schaden zu bewahren / Vhrs
 kuntlich unter Unserer eigenhändigen subscri
 ption und vorgedrucketem Insiegel / Gegeben zu
 Cölln an der Spree / den 21. Augusti 1662.

FRIEDERICH WILHELM.

O pacificū Principis nostri animum!
 ô piū ac ardens pro Ecclesiæ Christi
 pace studium! ô zelum Dei (non qualis
Rom. 10. 2. sed) ex notitia! cui utinam
 subjectorum ejus animi singuli respon
 derent! utinam & omnes refractarij,
 & intempestive morosi, ad harmoni
 cam

eam istam humanitatem corrigerentur! utinam omnes Principes & Magistratus Evangelici paria in suis territoriis præstarent! Sic optime de Pace Evangelica speraremus.

X. Hæc de *Prima præparatione, & parasceve Animorum*, sc. de Convitiis ac Contentionum necessaria intermissione; sine qua omnes alij labores in Reconciliationis negotio frustranei sunt. Nam quamdiu rigidi illi homines à suis convitiis, calumniis, & contentionibus non dimoventur, tamdiu frustra de pacis mediis cum iis deliberatur; ac *cum solis Moderatis* illis, qui ipsimet, nos in fundamentibus secum consentire, agnoscunt, *Pacem*, de qua agimus, *Evangelicam*, *iniri posse* judicamus; *Rigidiorum* verò *Animos primum* ad eandem, dicto modo, *præparandos* ducimus.

XI. Ipsa *Reconciliationis Præparatio*, quæ & Animos ad Concordiam faciles reddet, fiat *Particularibus Collationibus*.

XII. Quæ

XII. Quæ *Particulares* collationes ut *Universali* Colloquio præmittantur, omninò necessum judico; ut & ordo naturalis docet, in omni rerum compositione à partibus ad totum procedere. Nam

§ 2. *Primum*, quum Generale seu *Universale* concilium ex *Particularibus* membris, aut *particularium* synodorum delegatis, constet; Cur quæso de *Generali* colloquio erimus solliciti, quamdiu *Particulares* Synodi, aut *Universalis* colloquij futura membra, reconciliationem aut renuunt, aut in eam necdum consentiunt?

§ 3. *Deinde*, quum lis sit singulorum *Ecclesiæ* Doctorum, ne dicam Membrorum, qui singuli illum dissensum, cum lacte quasi materno, à suis præceptoribus, uberrime imbiberunt, & sinistris admodum præjudiciis sæpe præterea laborant; requiritur quoque ut Singuli in *Reconciliationem* consentiant, si rata ac constans eadem futura

tura

tura sit : secus dissentientes , etiamsi quoque sint pauci , reconciliationem accusantes , novarum litium dabunt occasionem. Jam scimus in Generali Colloquio paucissimos tantum comparere Delegatos , qui etsi prudentissime rem peragerent , singulos tamen Ecclesiæ Doctores de ratione instituti sui informare , singulis præjudicia eximere , singulisque totum Reconciliationis negotium explicare nequeunt ; multo minus omnibus placere possunt , quum unus hoc , alter illud , alius aliud in Reconciliatione desideret , carpatque , alij eadem laudent , sed ab alijs laudata vituperent. Nec hîc potior semper erit efficacia Delegatorum , qui Reconciliationi præfuturi , aut eorum qui ipsis adstipulaturi essent ; sed sæpissime Malorum repugnantium ; quum mali bonos ut plurimum superare soleant ,

Rari quippe boni : ---
 imo etiamsi boni numero potiores essent ,

sent, pauci tamen turbulenti homines, ne dicam unus & alter, plus tumultuum excitare, quàm plurimi componere, queunt. Nec semper Optimi delegantur; sed quum Rigidiores numero sint potiores, seipfos, omissis moderatioribus, per plurima vota, ad tale concilium delegabunt. Nec quis hîc speret, Reluctantes & reconciliari renuentes, ope Magistratûs^o coerceri posse; quum coacta talis concordia externa tantum foret, animis manentibus interim alienatis, quæ primâ quâque occasione rumperetur. Sic nec Marpurgensis, nec Wittenbergensis Concordia à paucis inita, diu rata mansit; sed, ut statim obtrectatores fuerunt, qui aut in vulgus spargerent, Zwinglium à sententia sua recessisse, & Luthero accessisse, aut Lutherum Zwinglij sententiam amplexum fuisse, aut alia carperent atque arroderent, sic & levissima aut nulla de causa, ob quorundam dissentientium excitatos
motus,

motus, utraque mox rupta est; quamvis boni & ἐιρηνοποιοὶ eandem ratam haberi omni ope molirentur.

§ 4. *Tertiò*, si de Universalis Partium colloquio crudè agatur, antequam Partes de consensu & dissensu, deque modo reconciliationis, particulariter contulerunt; mox in eadem de omnibus iis acriter disputabitur; & sic ex præcepiti sæpe ac extemporaneo disputationis fervore, (utrâque parte pro sententiæ suæ veritate digladiante) imo sæpe ex duro aliquo vocabulo aut voce perperam duriusve usurpata intellectave, facile commotio animi viris etiam alioquin moderatis suborietur, ex commotione ira, ex ira acerbæ loquutiones, ex iis dicteria rixæque, emanabunt; & inde colloquium sine ullo Reconciliationis successu rumpetur.

§ 5. *Quartò*, quum non uno modo sit agendum cum omnibus, quorum alij moderatiores alij rigidiores sunt, alij

alij plures alij pauciores controversias movent ritusque adhibent, alij diversis alij uni Magistratui, illique aut pacifico aut à pace alieno, parent; infrugiferum quoque foret, de omnibus illis diversissimæ conditionis, in Universali Concilio aut Colloquio consociandis, sine præviis particularibus transactionibus, velle agere.

§ 6. *Quintò*, quum Utriusque Partis non pauci, magno præjudicio, finistre de alterius doctrina sentiant, & aliena absurda multa affingant; nisi prius particulariter de controversiæ statu informati fuerint, aut nullatenus in Universale colloquium consentient, aut in eodem reliquorum præsentium sana consilia cæco impetu turbabunt, & rumpendi colloquium causam dabunt: ut in Jenensibus observavimus [c].

§ 7. *Sextò*, hoc Reconciliationis negotium non est quorundam dierum, uti Concilia dierum aliquot spatio adstringi

[c] *suprà*, disput. I. thes. 50.

stringi solent; sed longius requirunt tempus. Quum enim hæc reconciliatio, ut diximus, sit omnium, illi brevissimo tempore ad eandem disponi nequeunt, & ægre ferunt, à paucis in negotio tam arduo sibi aliquid præscribi, sed & ipsi cupiunt audiri, atque ipsi calculum suum addere: quæ singula tempus requirunt.

§ 8. *Septimò & Ultimò*, Generale ab initio colloquium instituere velle, non modo sumtuosum, sed & infrugiferum foret, dum, in consensu omnium aut multorum Evangelicorum Magistratum obtinendo, & in tergiversantium, morasque nectentium rationibus explodendis, deque sumtibus erogandis, ac modo concilium convocandi, habendique, aliisque multis rebus, deliberando, immane aut tempus perderetur, aut sine fructu omne reconciliationis negotium intermittendū foret.

XIII. Tales autem *Particulares collocationes*, quas Universali præmittendas judico,

Q

judico,

judico, primùm, *Quomodo instituenda*,
deinde, *Quid*, seu *quæ controversiæ in*
ijs tractandæ, tertio, *Qualis pax vel*
consociatio sit instituenda, videbimus.

I^o.

XIV. *Instituantur Collationes, qua-*
cunque meliori ratione, modò Collo-
*quio**, modò *Amicâ Epistolâ †*, modò,
Scripto

* Ad Colloquia referendus pius ille labor
Rev. D. Duræi, in diutina illa sua peregrinatio-
ne, Euangelicos utriusque partis compellantis,
eorumque, (ut & ante septennium, atque ite-
rum ante biennium Facultatis nostræ Theolog.)
iudicia irenica explorantis.

† Quem modum per epistolam agendi *Rev.*
D. Melletius, nomine *Celsissimæ Principis Wirten-*
bergensis, *Medio suo novo*, edito *Francof. A. 1661.*
multum commendat, & undique Euangelicis
dijudicandum proponit; meum etiam crebris
literis postulans iudicium: quod pro mea tenui-
tate fuit; Perplacere mihi quod & ipse impro-
baret quorundam iudicia de Universalium Partium
colloquio hoc tempore instituendo: placere &
mihi modum per epistolam agendi; non quasi
ille unicus instituendus sit, aut quasi Univerfa-
lis

Scripto irenico; modò omnibus illis viis simul, modò unâ alterâve incedatur: idque fiat, inter utriusque partis Doctores, tam *privatim*, (quod ut ante omnia necessarium, sic & utilissimum arbitror) quam *publice*, inter eosdem, aut *sub uno Magistratu*, aut in *vicino territorio* degentes.

Q²

§ 2. Sic

lis omnium Ecclesiarum esse debeat, (qui æque ac universale colloquium, plerisque difficultatibus, ob quas particulares collationes universali præmittendas esse judico, foret obnoxius); sed quia inter particulares collationes non postrema sit, quæ per epistolas familiares fit collatio; quum scripta exiguis sumtibus commodissime in remotissimas regiones mitti, iisque, Doctores accuratius & moderatius, quàm in colloquijs, ut mentem suam explicare, sic aliorum percipere queant. Quamvis & scripta suis sint exposita periculis; (1.) si forte duriora quædam scriptis immisceantur,

---- *manet alta mente repostum,*

quod eloquutum oblivioni facile traditur. Nam

Vox audita perit, littera scripta manet.

(2.) si quis absolum quid in colloquio forte proferret,

§ 2. Sic primâ nostrâ Disp. vidimus, quomodo, statim in initio litis, *Strasburgenses*, & ex ijs primus *Bucerus*, & *litteris & delegationibus*, concordia studerint [d]; quomodo idem ante solemne colloquium Wittenbergense cum Brentio & Melanchthone *instituta collatione* statum controversiæ recte formarit, & quam exiguus solum in verbis dissensus, in re ipsa autem consensus esset, ostenderit; quomodo auctoritate & consilio Ducis Saxoniae ac Strasburgensium, sæpius & ad proferret, ab illo facilius, si absurditatis tanquam ex incogitantia vel disputationis fervore prolatae, mox admoneatur, dimovebitur, quàm si scriptis, quæ præmeditato fiunt animo, illud protulerit: in colloquio præterea non statim illi suppetunt argumenta, aut testimonia aliunde petita, quibus dicto suo, mox speciem addat, quæ hinc inde, concessio tempore, corrasa, scriptis facile producet: imo quum *Litteræ non erubescant*, multa scribere non reformidabit, quæ coram dicere forte erubesceret.

d] *suprà disp. I. thes. 12.*

& ad Lutherum, & ad Tigurinos, fundandæ concordiaë causâ, sit *profectus*, & varia *colloquia* de Reconciliationis negotio cum iis instituerit, varijsque *litteris* de eodem differuerit, & concordiaë quandam formulam conceptam iisdem examinandam tradiderit [*e*]; quomodo & ante Helvetiorum ad concordiam Wittenbergensem associationem, varijs similiter *delegationibus*, *litteris*, *colloquijs*, & concordiaë formulis, inter Tigurinos & Lutherum ac Strasburgenses, concordia præparata sit [*f*].

XV. Pari modo & hodie *Particulares collationes* fieri necessum judico. Ubi certa media præcise servanda præscribere nequeo; quum uno modo, nec cum omnibus, diversæ conditionis & animi, hominibus aut Ecclesiis, nec omni tempore & loco, sit agendum; sed ut quilibet summa ope, quocunq; modo, pacẽ promovere annitatur, cupio.

Q 3

§ 2. Hic

e] disp. 1, thes. 25, 26. [*f]* thes. 30. & seqq.

§ 2. Hic primùm moneo, ut, ubi contingit *in una Civitate* (e. g. Cliviæ, Heidelbergæ, Amsterodami, Lugduni Batavorum &c.) utriusque religionis Evangelicos liberum Religionis exercitium separatim habere; hi *Privatim* dextras fraternitatis jungant, & fraternæ inter se de diffidiis sopiendis agant, aliosque, bono suo exemplo præeuntes, ad similia æmulentur, imo & hortentur.

§ 3. Eadem ratione etiam dicti utriusque Religionis Evangelici, *in una diœcesi, provincia, territoriove, vel vicinia* habitantes, se gerant, aut saltem fratrum in dictis civitatibus præeuntium exemplum assequantur, necesse est. Imo *quotiescunque* Evangelicis *datur colloquendi occasio*, hujus fraternæ confociationis memores sint oportet: ut An. 1631. *Lipsiæ* in conventu Principum & Statuum Germaniæ Protestantium, Reformati aliquot Doctores, ultrò, pro suo in pacem & concor-

concordiam studio, aliquot Doctores Augustanæ Confess. privatim adierunt, & modeste ac fraterne de controversiis cum iis egerunt; ut utrinque confessionis Augustanæ articuli, paucissimis exceptis, approbarentur, & mutua fraterna tolerantia sanciretur [g].

§ 4. Sic privata sua confociatione plures æmulantes, mox & *Publicis Colloquiis*, in particularibus provinciis vel principatibus, *ubi utraque religio libera est*, occasionem dabunt. Quale fuit ante biennium publicum, sub auspiciis Landgravij Hassiæ, inter Theologos quosdam Marpurgenses & Rintelenses *Colloquium Cassellanum*, de quo supra dictum [h].

§ 5. Et his publicis suis colloquiis, uti dein *Vicinos*, aliosque sponte æmulabuntur, sic & eorum Principes, Do-

ctoresque

[g] *disp. 2. thes. 4.* [h] *append. ad disp. 2.* Infra thes. 24. vide quomodo Judicium Facultatis Theol. Ultrajectinæ hanc sententiam nostram confirmet.

ctoresque ad similem quoque societatem fraterne invitabunt. Ut & quondam *Poloni* per concordiam *Sendomiriæ* aduniti, Germaniæ Electores & Principes ad similem concordiam hortati sunt [i]: & Colloquij *Cassellani* Doctores Principem suum orandum esse duxerunt, ut coeptum pacis Ecclesiasticæ negotium porrò promovere dignetur, quò viciniore Academia & Ecclesiæ, imprimis Brandenburgicæ & Brunsvicenses, in societatem traherentur [k].

§ 6. Sic qui distracti fuerant Evangelici, uno Magistratu gaudentes, gradatim associati, etiam, ubi Deo porrò huic operi benedicere placuerit, dissitos Evangelicos, qui diversis subsunt Magistratibus, similem pacem Religiosam inire commovebunt.

XVI. Nec hîc anxie quærendum, *Utra Evangelicorum dissidentium pars se sit humiliatura, quæ alteri hanc pacem*

[i] *disp.* 2. *thes.* 18. [k] *suprà pag.* 200. § 28.

cem primium sit oblatura, deque ejusdem
 mediis promovendis compellatura; quum
 hoc pacto se humilians pars, non mini-
 ma, sed maxima censenda sit, quod di-
 vinum mandatum, de querenda pace &
 concordia, exsequatur. Nec enim hic
 per κακοζηλίαν Politicorum vel munda-
 norum hominum fastus est respicien-
 dus, aut eorum judicium metuendum,
 quando illum habent pro victo, qui
 primus pacem petit. Contra hic vin-
 cit cum Christo, & bello isto sacro est
 superior, qui vanæ ex dissidiis gloriæ
 amorem, qui alioquin in visceribus
 hominum hæret, vincit, & paci quæ
 una innumeris inimicitiarum trium-
 phis est potior, consulit; unde Chri-
 sto, quod concives nostros & fratres
 non odiis & blasphemis occidimus,
 sed mutua charitate ad eandem spem
 gloriæ servamus, quasi triumphum in-
 ter hostes suos decernimus.

XVII. Maxime etiam hanc Pacem
 promoturum, illique pondus additu-
 rum

Q5

rum

rum confido, *Si Reformati*, in pacem proclives, alios *Reformatos*, ab eadem adhuc alienos; & iterum, *si Augustani*, qui jam in eandem confociationem confenserunt, alios *Augustanos*, adhuc morosos & difficiliore, ad pacem hortari, deque ejusdem modo & mediis agere, non desinant. Verisimilius enim est, fratres ejusdem professionis & omnino *συναίμας*, mutua admonitionem æquiori animo admissuros, quam alioquin ab hostium, ut putant, ore profectam fastidirent.

§ 2. Hic scopus fuit *DD. Rintelen-
sium* Doctorum, qui, quum, post initam cum Marpurgensibus confociationem, Wittenbergenses suâ *ἐπιχειροίαι*, *ἡ δικαιοχειροίαι*, eam admodum carperent, amicâ, eâque prolixâ, ad Fratres Augustanæ Confess. epistolâ, (quam hoc anno, suppresso Wittenbergensium nomine, titulo *Necessariæ declarationis Colloquij Casbellani*, publici juris fecerunt,) initæ confociationis rationem

tionem exponunt, nec Reformatos in fundamentalibus ab Augustanis dissentire, uberius demonstrant, & fratres à sinistris præjudiciis de Reformatorum doctrina liberare omni ope moliuntur.

§ 3. Hic & scopus quondam fuit Theologorum Strasburgensium, *Capitonis* ac *Buceri*, qui, quum Wittenbergæ cum Luthero ejusque discipulis concordiam iniissent, etiam Fratres suos Helvetios, qui unà cum illis sentiebant, concordia associare tentantes, miserunt illis articulos in itæ concordia, iisque, quum obscuriores apparerent, explicuerunt, atque post unum alterumq; conventum publicum, negotium eo usque tandem perduxerunt, ut & Helvetij una voluntate consentirent, & velut δεξιὰς sive χειρὸς κοινωρίας * darent [1].

§ 4. Pari modo, ad promovendam hodie pacem Religiosam, consultissimum judico, ut *Cassellanum Colloquium* & ad

[1] vid. *disp.* 1. *thes.* 31. ... 34. * *Gal.* 2. 9.

& ad Augustanae Confessionis Euange-
 licos, & ad Reformatos mittatur; (quod
 vel privatim à Colloquij Doctoribus,
 aut etiam ab iis, qui illud jam appro-
 barunt, & aliorum quoque assensum
 sollicitant; vel publice à Magistratu po-
 litico, cui fractura Josephi dolet, fieri
 potest;) ut utraque pars seorsim, insti-
 tuto examine, (quod optime sine am-
 bagibus & sumtibus in ordinariis Ec-
 clesiasticis conventibus, e. g. Classibus
 & Synodis, fieri potest,) iudicium suum
 de eodem ferat, An in ea, de quibus in-
 ter Marpurgenses & Rintelenses con-
 vênit, consentire queant, nec ne; quid-
 que de residuis controversiis judicent,
 Num, his non obstantibus, fraterna
 confociatio, vel tolerantia iniri queat.
 Et, si accidat, quosdam Augustanos,
 (de quo ipsi Rintelenses in sua Epi-
 crisi non dubitant) quædam in illo
 colloquio improbare, desiderare, aut
 obscura vocitare; ut tum Rintelenses,
 prout jam strenuè sua Epicrisi faciunt,

&

& quotquot cum illis in hanc confociationem consentiunt, iisdem omni meliore modo consensum suadeant, scrupulos eximant, obscuriora illustrent; imo, si necesse, Reformatorum sententiam plenius à Marpurgensibus, & qui cum ijs sentiunt, petant. Rursum, si forte *Reformati* quidam, aliqua in illo colloquio culpent, desiderent, aut clarius demonstrari cupiant; ut tum *Marpurgenses*, & qui cum his in hoc negotio faciunt, eosdem bonis rationibus, & scripturæ dictis, ad ejusmodi confociationis amplectendæ necessitatem commoveant, iisque scrupulos eximant, & obscuriora illustrent, & ubi necesse est, etiam à Rintelensibus, & qui cum ijs sentiunt, uberio-rem sententiæ ipsorum elucidationem petant.

II^o.

XVIII. Post modum lites componendi, *secundò* examinandum sequitur, *Quid* sit componendum, sc. *Controversiæ*. Hic § 2. Pri-

§ 2. Primùm, *Status controversiæ recte formetur*, dextro sententiæ utriusque partis iudicio; quod sumatur, *Non ex Particularibus scriptis eristicis*, multò minus ex *Adverse partis Scriptoribus*; secus ac ut plurimùm fieri tragica experientia docet; Sed ex *Publicis Confessionibus* Evangelicorum [m]; *Augustanorum* quidem ex Augustanâ, Saxonicâ, Wittenbergicâ aliisque; atque *Reformatorum* ex Helvetica, Gallica, Belgica, Polonica, Bohemica, aliisque Confessionibus, & id genus scriptis publicis religiosis, ut Catechesi Heidelbergensi, Synodo Dordrace-na &c.

§ 3. Secundò, *Controversiæ Non multiplicentur*; Sed dextrâ ac benignâ alterius sententiæ interpretatione sincere formentur. Quod ut fiat; *Non affingantur alteri parti ex cæco præiudicio, malitiâve, sententiæ alienæ*; *Nec eidem invitæ dogmata*, quæ etiam explodit, *per*
 [m] quarum præcipuas vid. Syntagm. Confess.

per consequentiam non agnitam affingantur. Nam ut quædam Nobis à nonnullis (non omnibus) Augustanis impuntantur, à quibus abhorremus, quæque cum omnibus veris Christianis detestamur, Deum etiam & omnes à præjudiciis immunes homines obtestando, summam nobis fieri injuriam: ita fieri potest, ut & Nostri Augustanis quædam à quibus ipsi immunes sint attribuerint. Utrique autem hîc vel ignorantia adversæ partis sententiæ ex cæco præjudicio, vel ex disputationis fervore, vel, quod pessimum, ex affectata malitia, peccant. Ut quum ex Reformatorum sententiæ de S. Cœna, *Verba S. Cœnæ, figurate, significative & obsignative esse accipienda*, deducitur, eos nil nisi nuda signa in S. Cœna agnoscere; & ex negata illa propositione, nusquam in s. l. revelata, *Corpus Christi posse esse vel in omnibus vel in pluribus locis simul corporaliter præsens*, arguitur, eos Deum sua omnipotentia spoliare;

spoliare; Eos etiam Rationem facere normam rerum credendarum, dum eandem ubiuitatem vel multipræsentiam, præter alias rationes ex f. l. deductas, etiam argumentis à natura corporis humani petitis refutant: Eos Deum, absit blasphemia dicto, sua sententia de Providentia Dei, facere authorem peccati, & absolutam ac plane fatalem necessitatem omnibus rebus imponere: Item, Eos Spiritum S. absit iterum blasphemia, peccatorum patronum facere, Homines securos & carnales reddere; quòd doceant vere fideles Spiritum S. nunquam totaliter amittere, etiam quum in gravissima peccata prolabuntur: & id genus alia [n].

Pari

[n] Qualibus calumniis An. 1597. impudentissime libellum suum, inscriptum Kurtzer bericht von der Calvinisten Gott / und ihrer Religion / consarcinavit *Philippus Nicolai*, Pastor Unnanus, mox à civibus aliquot Unnanis, rursumque à Tigurinis Pastoribus refutatum; quem in nuperrimo aliquo colloquio cum *Marcano*

Pari modo quum ex Augustanorū sententia, de communicatis realiter quibusdam proprietatibus divinis humanæ naturæ, deducitur *hæresis Eutychiana*, ex ipforum sententia de libero arbitrio, *Aminianismus*; ex distinctione decreti

R Dei

cano Pastore, prope Tremoniam docente, obstupui ab eodem allegari, ut controversiæ inde desumerentur; quamvis eum mox in meliorem viam reducerem, ut & melius de Nostrum doctrina sentiret, nec à pace, si ea fieri posset, abhorreret. Quales & illæ erant calumniæ, quibus Heidelbergenses obviam ivêre An. 1607. in ihr Ausführlicher bericht was die Reformierte Kirchen in Deutschland glauben oder nicht glauben / Cap. 1. Daß sie nicht einen solchen schrecklichen glauben haben / als ihnen hin und wieder wird zugemessen; und darauß An. 1609. erfolgte Kurzer anhang / und weiter Antwort An. 1610. Quales sinistrae consequentiæ, utinam etiam hodie intermitterentur, ubi Reformati sententiam suam tam sæpe ab iis vindicarunt, nec darentur, qui in odium pacis scriptis suis eristicis easdem interpolarent; de quibus in *Examine nostro Irenico de Controversiis Evangelicorum* dicam.

Dei in Antecedens, de omnibus hominibus salvandis, & Consequens, ab hominis libero arbitrio pendulum, *Mutabilitas Decreti.* &c.

§ 4. Horum theorematum transgressio una ex præcipuis causis est diuturni schismatis. Nam si Partes hoc crederent, quod in Adversariorum scriptis Eristicis sæpe legitur, quodque una pars alteri sæpe affingit, aut per consequentiam invitæ obtrudit, nequam diuturnitatem schismatis mirarer: quum tam enormiter errantes, multaque absurdissima, quæ pius animus aut horret, aut manifestam hæresin sapiunt, dogmata docentes, indignissimos reputem, quicum Ecclesiastica, de qua agimus, Societas ineatur, aut Tolerantia servetur. Si autem juxta datas à nobis regulas controversiæ examinentur, si nihil ex privatis scriptis eristicis, aut ex præjudicio, aut consequentia non agnita, alteri parti affingatur, optime de negotio nostro

stro

stro Irenico spero. Sic enim altera pars, magnis præjudiciis liberata, melius de altera sentiet, præconceptas opiniones deponet, magisque ad pacem cum iis, à quibus primum ob præjudicia abhorrebat, ineundam inclinabit, animusq; illius alienatus mitescet, & ad pacem componetur.

§ 5. Quod *Consequentias* attinet; illæ aut *per se* ex sententia vel dogmate clare ac distincte intellecto, *per bonam argumentationem* fluunt, aut *pravara-tiocinatione* ex dogmate vel sententia quapiam deducuntur. *Posterior* modus quin iniquissimus sit, nemo diffitebitur. *Prior* quamvis in dogmatis refutatione, ad demonstrandam illius periculosam absurditatem, locum habeat, atque etiam S. Scripturæ usitatus sit: si tamen illius dogmatis assertor formatam consequentiam ex suo dogmate sequi non agnoscat, nec admonitus capere queat, sed eandem, seu dogma per consequentiam deductum,

R 2

ut

ut absurdum, impium, & hæreticum abominetur, planeq; rejiciat; iniquum arbitror, ut illi ea consequentia, quam rejicit, pariter cum ejus dogmate imputetur, quasi ille hoc crederet, quod alius per consequentiam ex ejus dogmate vel sententia derivat. Nam quum nemo in alterius mentem potestatem habeat, quomodo illum dogma aliquod, quod execratur, per consequentiam, quam non agnoscit, suum esse, agnoscere faciet? Præsertim quum fieri possit, ut contra dogma seu sententiam alterius argumentans, & consequentiam ex eadem nectens, illud dogma illamve sententiam non eodem plane modo quo illius assertor (propter ejusdem perplexitatem vel obscuritatem) intelligat, utque idem assertor aliter sentiat, quam verbis perplexis exprimere videatur; ut sæpe accidere solet, homines durius loquentes melius tamen sentire, quamvis à loquutionis suæ rigore, in quo nullam absurditatem

ditatem

ditatem cernunt, abstinere nolint: uti & multi Augustani (quos inter DD. Rintelenses, tam colloquio Cassellano, quam illius necessaria sua declaratione) melius de Proprietatibus utriusque Christi Naturæ sentire quam loqui videntur: uti certum quoque est, quosdam Reformatos, qui forte duriusculis verbis, quæ infirmos offendant, Dei Providentiam, Prædestinationem, &c. docent, orthodoxe sentire. Et quum sit

Optimus interpret verborum quisque suorum,

unicuique parti integrum relinquendum est, ut sua verba & sententiam ipse explicet, nec alteram alterius verba pro lubitu interpretari, aut in alienum sensum præter mentem loquentis torquere oportet: quo facto non de verbis sed de sensu, iisdem ab eorum authore dato, judicandum est. Et sane actum esset de Theologia, si quibuslibet consequentiis semper locus dandus esset.

R 3

Nam

Nam ut nullum est verum, ut ut clarum, ex quo non sophista variis strophis falsum eliciat; ita hæc fuit semper Satanæ astutia atque Hæreticorum malitia, ut sanam doctrinam, etiam ipsam veritatem, in f. l. manifeste revelatam, pravis consequentiis, mendacij & absurditatis arguerint: quales sunt horrendæ blasphemix Gittichij, Sociniani, Deum mendacij, crudelitatis, iniustitiæ insimulantis pessimis suis de Satisfactione Christi consequentiis; quas Lucius peculiari libello diluit: quales & ejusdem farinae aliæ Socinianorum, Libertinorum, atque Arminianorum consequentiæ plures sunt.

Actum quoque esset de Communione Sanctorum, si propter consequentias alteri affictas schisma statim faciendum esset, quum ex levissima quaque hallucinatione, (quisque enim patimur nostros nævos) vel ex solo etiam aliquando dissensu problematico, per varias consequentias gravissimi errores derivari

vari

vari queant; ut ex hac sententia; *Christi obedientiam activam non esse satisfactoriam, sed causam sine qua non*, deduci posset, Christum sua obedientia activa legis, quæ postulat *fac hoc & vi- ves*, nobis non acquisivisse vitam æternam, sed tantum liberasse nos à poena legis, seu *morte & maledictione*, transgressoribus pronunciata: adeoque nos tantum esse impœnales, non justos, atque ideo aut nos ipsos oportere vita nostra sancta promereri vitam æternam, aut si nequeamus, eâdem æternum carere &c. quum tamen pius ac orthodoxus ille vir, cujus hæc fuit sententia, has phrasas, *à morte æternali liberare & vitam æternam acquirere, à maledictione eripere & in benedictionem transferre*, pro synonymis habuerit. Quales Orthodoxorum hallucinationes plures recensere nolo, ut & ex eorundem dissensibus consequentias deducere superfedeo, ne paci studens, litem aliam mihi faciam; sed accura-

R. 4

torem

tius harum consequentiarum examen instituentibus illud onus relinquo. Hoc clausulæ loco tantum subjungo, quòd quicquid etiam alij de consequentiis disputent, *An eæ quæ ex claris verbis optima ratiocinatione ex alicujus sententia sequuntur, illi tanquam propriæ attribui queant, nec ne,* illud faltem infallibiliter verum esse putem; Fratribus, qui, semotis illis consequentiis non agnitis, in fundamentalibus nobiscum sentiunt, easdem attribuendas non esse, nec ex lege *Charitatis, quæ benigna est, omnia tegit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet,* (1. Cor. 13. vers. 4. 7.) attribui posse, nec præscriptam ab Apostolo *Tolerantiam,* de qua infra thesi 32. eam admittere.

§ 6. Tertiò, Controversiæ legitimè formatæ, *Non per disputationes, pro victoriâ,* quâ, proh dolor! magis quam veritate homines flagrant, *decidantur; Sed ad fraternam consociationem accommodentur*

modentur ac concilientur. Jam satis multum multis annis disputatum est, siqua Ecclesiasticæ concordia utilitas inde expectanda fuisset; quum contrà disputationibus, (dum quilibet vincendi studio transversus abripitur, nec se à veritate, ut quidem fieri oportebat, debellari patitur, ne se errasse fateatur,) controversiæ magis exaggerentur, animique plus exæstuent.

§ 7. Quartò & Ultimò hîc videndum, *Quot & Quales sint controversiæ, An fundamentum evertentes nec ne, An tales sint, ut nulla consociatio, aut nulla saltem tolerantia institui queat?*

XIX. Quoad Numerum Controversiarum, non est necesse, ut controversiæ longè petantur & conglomerentur, sed solummodo videndum, quomodo & quæ controversiæ antehac in publicis colloquiis sunt formatæ, quidque in iis actum, Non enim ab ovo identidem incoare, actumque agere oportet, sed in negotio feliciter incoato

R 5

progre-

progrediendum, quodque alij alicubi in eodem præstiterunt non reficiendum sed perficiendum est, laborandumque, ut quod à paucis transactum plures indies amplectantur, ut ita tandem, Deo benedicente, universalis Evangelicorum pax sequatur.

XX. Quod *Qualitatem Controversiarum* attinet, *primùm* eas distinguo; quod *aliæ* sint *circa doctrinam*, *aliæ circa cæremonias*: illæ majoris, hæ minoris ponderis sunt, & de illis præcipue hîc quæritur.

§ 2. Nam quod *Cæremonias* attinet, illæ aut ad *doctrinæ integritatem* pertinent, ut *Fractio panis*; aut sunt *additamenta doctrinæ*, ut *Exorcismus*, *Baptismus Mulierum*, *Necessitas private confessionis & absolutionis*; aut meritorium ritus externi sunt, ut *Vestitus ministrorum*, *Panis Usualis vel Orbicularis*, *Mense vel Altaria*, *acceptio panis & vini Ore vel Manu*, *Cantiones*, *omnesque Gestus externi*. Quarum *postrema*,

stremæ, *Adiaphoræ* aliàs dictæ, minimi sunt momenti, ob quarum discrepantiam † inter fratres neutiquam litigandum est.

† *Causam* diversitatis illarum omnium cæremoniarum non obscure ex Reformationis historia elicere possumus. Quum enim Ecclesia Novi Test. quæ primis aliquot prioribus seculis, (ubi dirissimæ persecutiones vanas de pompa externa hominum cogitationes, & innovantium pruritus, sufflaminabant,) solâ Christi & Apostolorum institutione nitebatur, partim Imperatorum Christianorum, post seculum III. præsidio suffulta, partim hominum audaciâ, in excogitandis, vel aliunde introducendis ritibus, infestata, externo splendore non coruscare modo incepisset, sed & à primitiva simplicitate paulatim defecisset, donec tandem, Romana præcipue, idololatricis Gentilium, Judæorum, atque excogitatis Romanorum Pontificum, cæremoniis plane deformata esset, atque à doctrinæ puritate sic degenerasset, ut veri fideles oppressi latitarent; Deus, Ecclesiæ suæ afflictæ & in solitudinem abactæ misertus, primos nostros Reformatores, *Lutherum*, *Zwinglium*, *Calvinum*, aliosque excitavit: quorum
ille

ille quum magis doctrinam, quam externa re-
 formanda autumaret, (ut & Caroloftadio,
*Missam, Diei Veneris abftinentiam à carne, cul-
 tum Imaginum, Confessionem auricularem, & id
 genus alios papifticos ritus* abroganti responde-
 bat (o) ; hi vero in omnibus Ecclefiam ad pri-
 mam puritatem, qua exciderat, reformare an-
 niterentur; accidit ut illius discipuli multos ri-
 tus retinuerint, quos noſtri abolere maluerunt:
 unde illa rituum inter Euangelicos discrepantia
 enata eſt. Interim utrique initio ſuas habuere
 rationes. *Zwinglius & Calvinus* alijque cum
 iſtis cenſebant, Religionem deformatam ad
 prima ſua principia, & ſtatum, quo exciderat,
 reformandam, atque abrogatis omnibus addi-
 tamentis humanis, ad primam ſimplicitatem,
 & ad primorum ſuorum fundatorum, Chriſti
 & Apoſtolorum, conſtitutionem, quantum
 fieri poſſet, reducendam eſſet; præfertim quum
 retinendæ ſocietatis cum Papicolis ſpe præciſa,
 omnem indulgentiam intempeſtivam exiſtima-
 rent. At *Lutherus*, & qui cum illo ſentiebant,
 difficilia reſpicientes tempora, ad imminentes
 Eccleſiæ, ob Reformationem, calamitates evi-
 tandas, Principum & Populi, (quos externa-
 rum rerum facies magis, quam ipſa doctrina ca-
 pit,)

o) ſuprà pag. 7.

pit,) errori aliquid indulgendum judicarunt; ne Imperatorem aliosque Germaniæ Principes, adhuc Pontificios, magis exasperarent, aut ad Christianam Religionem inclinantes, (qui in manifestè falsis, absurdis vel idololatricis dogmatis abrogandis facile calculum suum addebant, at in externis ritibus abolendis, & nova quadam Ecclesiæ facie inducenda, nondum consentire poterant) absterrent, aut Episcopos, Reformationi quidem faventes, at ritus Ecclesiasticos retinere cupientes, abalienarent. Uti & *Philippus Melancthon*, in acerba illa de adiaphoris abrogandis, inter ipsos Augustanæ Confess. Doctores, lite, æstimabat, Servitutum quampiam in servandis quibusdam ritibus externis Festorum, Lectionum & Vestitûs, doctrinâ integrâ manente, potius subeundam, quam Evangelij ministerium deserendum esse (p). Quæ sane causæ sufficientes quibusdam in locis fuisse videntur, ut ritus aliquot aliquamdiu tolerarentur; (uti & Apostoli in abrogatione cultûs cæremonialis V. T. cum quo tamē superstitionis papales cæremoniæ cōparari nequeunt, in initio quosdam ritus adhuc observarunt & observari voluerunt, ut synagoga Judaica cum honore sepeliretur, & fratrum infirmorum

p) disp. 1. thes. 47.

morum ratio haberetur;) si modo postea, ubi per Dei gratiam difficilia illa tempora præterierunt, eadem humanarum traditionum reliquiæ, sine ulla urgente necessitate, non retinerentur: prout hac in parte laudanda DD. Rintelsenium ingenuitas, qui ut panem Usualem, loco *Orbicularis*, ejusque *Fractionem*, in suas Ecclesias introductum, sic *Exorcismum* abrogatum vellet, si Ecclesiarum suarum consensus obtineri posset (q), Quemadmodum & *Basilea*, quæ in administratione S. Cœnæ ex Papatu remanserat Hostia seu panis Orbicularis, & viritim, absque fractione distribuebatur, sedulâ curâ clarissimi p. m. Theologi *Theodori Zwingeri*, ante annos plus minus viginti abrogata, & panis usualis fractio, ex Christi & Apostolorum instituto, ad reliquarum Ecclesiarum conformitatem, magno piorum applausu, introducta est (r).

q) vid. supra Colloquium Cassell. paragrapho 3. & 24.

r) Vid. Clariss. D. *Ioh. Rodolphi Wedstenij* Orationem funebrem in obitum dicti *Zwingeri* p. 30.

§ 3. Nec *secundò*, in indaganda controversiarum Qualitate, consultum judico; ut in initio reconciliationis multum de *Articulis Fundamentalibus*, eorumque numero disputetur.

§ 4. Taceo

§ 4. Taceo nunc, articulos præcise ad salutem necessarios, quos nec S. Scriptura definit, determinari non posse; ut dicatur, hi soli articuli, nec plures nec pauciores, absolute omnibus salvandis æqualiter creditu sunt necessarij, ut qui unum ex iis ignoret, necessario sit damnandus, & qui omnes illos definitos articulos novit, necessario sit salvandus: quod esset temere judicare ac condemnare, contra *Luc.* 6. 37. & arcana Dei consilia velle scrutari, contra *Rom.* 11. 33. 34. ejus gratiæ certos limites præscribere, ejusque liberrimam voluntatem atque absolutam potestatem circumscribere atque ad certos terminos restringere velle; quasi Deus non liberè possit misereri cujus vult, *Rom.* 9. 15. 18. etiam latroni jam jam morituro vitam adjudicare *Luc.* 23. 43. quasi simplex, at pius, homo omnes illos articulos fundamentales exacte scire teneatur, quæ eruditus, & eruditus eadem tantum quæ simplex,

simplex,

simplex, nec Deus ab uno plus ab altero minus, pro ratione donorum ipsis collatorum, sit postulaturus *Luc. 12. v. 48. Matth. 25. 15.* & quasi ille necessario sit salvandus, qui eadem quæ simplex homo, sed & præter illa, alia horrenda & impia credit docetve.

§ 5. Nec moror nonnullorum *Exceptionem*; Non perfectam, nec omnibus æqualem doctrinæ fundamentalis cognitionem ad salutem obtinendam postulari, sed talem tantum, quæ quamvis perexigua sit & confusa, tamen quoad doctrinæ substantiam, fundamentum teneat: nam hoc esset multarum religionum confusionem inducere, quæ omnes confusam aliquam articulorum fundamentalium scientiam habent, esset homines Religionis negligentes reddere, eosdem in hunc errorem inducere, *posse quem in quacunque religione salvari*; uti & Arminiani articulos fundamentales, ad paucissimos quosdam generales qui à nullo Christiano

Christiano

Christiano negentur, sed apud omnes extra controversiam sunt, reducunt ad hos tres; *Fidem divinorum promissorum, Obedientiam divinorum præceptorum, & Debitam Scripturis reverentiam* [s].

§ 6. Hoc tantum jam dico, hanc de articulis fundamentalibus, in hujus reconciliationis initio, instituere velle disputationem, me inconsultum judicare; quum maximum sit periculum, ut, in initio de articulis fundamentalibus, qui & quot sint in genere disputando, omnis irenica actio, si partes in tam ardua & difficili quæstione convenire nequeant, sine ullo fructu rumpatur, & nihil in specie de controversis articulis decidatur: imo & hoc subesse videatur periculum, ut tali disputatione controversiæ, quæ nunc paucæ sunt, multiplicentur, & nimia proli-

S

xitate

s] *Vid. Remonstrantium Apologiam in præfat. literâ è 3. facie secunda. Plura ejusdem farinae, ex eorum Confessione & Apologia collecta vid. Vedelij Arcanis Arminianismi.*

xitate ac obscuritate involvantur.

§ 7. Interim tamen dici potest, an articuli hi vel illi sint fundamentales, nec ne; quemadmodum & Scriptura inter dogmata distinguit. *Alia* enim S. Scriptura fundamentalia, tanquam omnino ad vitam æternam obtinendam necessaria, studiosissimè inculcat, e. g. *Notitiam Dei ejusque filij*, Joh. 17. v. 3. ^{a.} *Fidem in Christum Jesum*, Joh. 3. v. 16. ^{b.} Joh. 6. 40. ^{c.} Act. 4. 12. ^{d.} *Justificationem per fidem ex gratia non ex operibus*, Rom. 3. 20. 28. ^{e.} *Regenerationem & Resipiscentiam hominis*, Joh. 3. v. 3. ^{f.} Matth. 18. 3. ^{g.} *Studium bonorum*

^{a.} Hæc est vita æterna, ut te cognoscant illum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum. ^{b.} Ita Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum dederit, ut quisquis credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. ^{c.} Hæc est voluntas ejus qui misit me, ut quisquis conspicit Filium, & credit in illum, habeat vitam æternam, & suscitem ipsum ego ultimo illo die. ^{d.} Non est in alio quoquam salus, nec aliud nomen sub cælo, quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos servari. ^{e.} Propterea ex operibus legis nulla caro justificabitur in conspectu ejus, &c. Colligimus igitur fide justificari hominem absque operibus legis. ^{f.} Nisi quis genitus sit iterum, non potest videre regnum Dei. ^{g.} Nisi vos converteritis & fiatis ut pueruli, nequaquam ingrediemini in regnum Cælorum.

b. Deus

rum operum Rom. 2. 6. 7. 8. ^{b.} Matth. 7. v. 19. ^{i.} 1. Cor. 6. 9. 10. ^{k.} Gal. 5. v. 19. 20. 21. ^{l.} *Alia* etiam minus necessaria habet, in quibus aliquis nævus vel ignorantia sit toleranda, donec Deus eadem errantibus vel ignorantibus revelet, *Phil.* 3. 15. ^{m.} eosque stabiliat, *Rom.* 14. 4. ^{n.} & ob quæ fratrem, quem Deus assumfit, judicare non debeamus, *Rom.* 14. v. 3. ^{o.} & v. 10. 11. 12. 13. ^{p.} qualis eorum erat error & infirmitas, qui libertatem Christianam de abroga-

S 2

tis

b. Deus reddet unicuique secundum opera, iis qui per tolerantiam quærunt boni operis gloriam & honorem & incorruptibilitatem, vitam æternam; rixosis verò & veritati non assentientibus, sed obsequentibus injustitiæ, erit excandescencia & ira. *i.* Quæcunque arbor non fert bonum fructum exciditur, & in ignem conjicitur. *k.* An ignoratis injustos non esse hæreditatem consequuturos? ne errate, neque scortatores, neque idololatræ, neque mœchi, neque molles, neque qui concumbunt cum masculis; neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque convitiatores, neque rapaces, regni Dei hæreditatem possidebunt. *l.* Manifesta sunt opera carnis, adulterium, scortatio, impuritas, lascivia, idololatria, veneficium, inimicitia, lites, æmulationes, excandescencia, rixæ, diffidia, hæreses, invidiæ, cædes, ebrietates, comessationes & his similia, quæ prædico vobis, prout etiam prædixi, eos qui talia agunt, regni Dei non fore hæredes. *m.* Quotquot adulti sumus, hoc sentiamus, quod si quid aliter sentitis, (*sc. in saken van minder geuvichte*, ut Belg. Commentarius habet) hoc quoque vobis Deus revelabit. *n.* Stabiletur autem; potest enim Dominus illum (qui *sc. fide infirmus est*) stabilire. *o.* Deus enim illum assumfit. *p.* Tu vero cur judicas fratrem &c.

tis ceremoniis V. T. quam edocti erant, nondum capiebant, sed adhuc à quibusdam cibis abstinebant, diem præ die æstimabant, *Rom. 14. &c.* *Alia* denique S. Scriptura, velut non necessaria, rejicit; quales inutiles, subtiles, curiosæ ac Philosophicæ, ex ratione deductæ, doctrinæ, quæ sunt σοφία λόγος, *I. Cor. 1. 17.* sive παιδοὶ καὶ διδασκαλοὶ ἀνθρώπων σοφίας λόγοι, *I. Cor. 2. v. 4. 13.* & comparantur *lignis, fæno, & stipulæ, fundamento inædificatis*, quæ quamvis exurenda sint, eorum tamen inædificatores servabuntur, *I. Cor. 3. v. 12. 15. junctis Commentarijs Belgic.*

§ 8. Adeoque, quum & S. Scriptura inter dogmata distinguat, etiam controversiæ Evangelicorum distinguere queunt; An illæ omnino ad salutem sint necessariae ac fundamentales; An verò minoris momenti, in quibus error vel ignorantia aliqua inter fratres sit toleranda, donec à Deo plenius illuminentur, An vero sint curiosæ magis

gis

gis quam utiles Philosophicæ subtilitates.

§ 9. Et hîc moderatiores August. Confess. Evangelicos statim adstipulatores habebimus, dissensum fundamentalem non esse; cum quibus & mox Reconciliatio seu Confociatio ineunda est. Si qui tamen rigidiores agnoscere nolint, nos in fundamentalibus cum ipsis conspirare, illos urgeri non repugno, ut ipsimet, si possint, articulos fundamentales definiant, & ex nostris ac ipsorum confessionibus determinent, quinam illi fundamentales articuli sint, in quibus nostræ confessiones ab ipsorum plane dissentiant, vel si alios præterea articulos in dictis confessionibus non contentos necessarios ducant, ut illos promant, & ad salutem necessarios esse probent.

§ 10. Atque hoc est, salvo aliorum meliore iudicio, meum de articulis fundamentalibus, in Reconciliationis negotio, consilium, quod & *Rev. D.*

§ 3

Melletio,

Melletio, in nuperrimis ad me literis rogatus dedi, ad ejus & *D. Duræi Pro-pempticum Irenicum de Christianismi fundamentalibus articulis.*

XXI. Ut igitur quod constanter Reformati & moderatiores Augustanæ Confess. Evangelici confitentur [t], & Rintelenses Theologi non in Cassellano solum Colloquio agnoscunt, sed & in epistola sua ad Wittenbergen-
fium

t] Synodus Carentonensis *suprà disp. nostr.* 2. *th.* 20. Judicium Facult. Theol. Acad. Aberdoniensis, *apud Forbesium Instruct. histor. theol.* l. 14. c. 7. Altingius *disp. harmonic. præfixa Exe-ges. Confess. August. thes.* 5. 8. 11. 51. & 54. *Wen-delinus collatione doctrin. Reformatorum & Lu-theran. quæ ostenditur Reformatos everfi funda-menti inique accusari & damnari. Calixtus in seinem Gutachten.* Imo ut omnia colloquia irenica Marpurgense, Wittenbergense, Poloni-cum, Bohemicum, Lipsense &c. & allegatos in negotio irenico à nobis authores, hic iterum non producam, nullo unquam, quod novi, decre-to, Reformati Augustanos, tanquam funda-mentum fidei evertentes condemnarunt.

fium *ἑπίκρισιν* prolixè, & aliis candidius, demonstrant; *Dissensum ne utiquam sic fundamentalem esse, ut nullam consociationem admittat*, ut illud inquam omnibus palam fiat, ad manus sumatur *Cassellanum Colloquium*, (quod in fine disp. nostræ II. referens, in certis sectiones, seu §. futuris allegationibus accommodatissimas, pro materiæ diversitate, distinxit,) & in controversiarum examine, ad illius Colloquutorum imitationem, ex eodem dignoscatur ac dijudicetur, (1) *quis* inter partes sit *consensus*, atque (2) *quis* *dissensus*, & (3) *qualis ille dissensus* sit, an fundamentalis, talisque, ut nulla consociatio, nulla saltem tolerantia inter dissentientes institui queat? nec ne?

§ 2. Hac methodo progrediendum iudico, ubi de Partibus non convincendis aut refutandis, sed consociandis agitur; ut primùm viso consensu, animi ad consociationem emolliantur, & de dissensu ingenuius ac moderatius

§ 4

statua-

statuatur: quum contrà, ubi à dissensu initium fit, animi facile sic exasperantur, ut de consensu nihil dicatur, sed Partes de reconciliatione acturæ, solo dissensu ponderato, tanquam nimium dissentientes, absque ullo consensus examine, separentur, & ob refocillatum dissensum magis alienentur. Præterea, in particularis quæstionis indagine, frustra mihi videtur de alicujus rei discrepanti circumstantia inter partes disputari, quamdiu res ipsa præexamina non est. Quum enim dissensus circa rem, sit discrepans circa illam rem sententia, postulat ordo naturalis, ut prius illa res examinetur, antequam de dissensu, quæ circa illam rem est, certi quid dicatur. Quare si res, circa quam inter partes controvertitur, utrinque est in confesso, prius ille consensus Partibus stabiliendus esse videtur, antequam dissensum circa illam rem quæ in confesso est ponderent. †

† Quan-

† Quando igitur, (ut Rev. D. Melletius, iudicium meum postulans, ad me scribit) Wirtenbergici prius de disconvenientia dogmatum componenda, quam de convenientia consignanda agi volunt, his moti rationibus; quòd nec Christus, nec Propheta, nec Apostoli, nec primitiva Ecclesiae Patres, erga eos qui in nonnullis secus ac ipsi docebant, hac praescripta via fuerint usi, nec ad ea in quibus unanimes, sed discordes inter se invicem erant, respexerint; eosque qui in hoc vel illo fidei articulo à Scriptura recesserant, nec meliora audire & sequi, nec errori suo renunciare volebant, non obstante praetensa fidei, Sacramentorum, morumque cum Orthodoxis conformitate, eos inquam, spirituali sua societate excluderint; imò quod nec Nostri, in Synodo Dordracena cum Remonstrantibus agentes, eandem praescriptam methodum adhibuerint: in eo ignorationem elenchi committunt. Non enim quaeritur, An cum iis, qui in hoc vel illo fidei articulo à Scriptura recedunt, & in fundamentalibus articulis errant, praetensa confociatio iniri queat? cum illud thesi 25. expresse negemus; sed An inter partes quibus constat & in confesso est, dissensum fundamentalem non esse, fraterna confociatio ineunda sit? quod affirmamus. Nec hinc agitur de altera parte falsitatis aut erroris convincenda; sed de agnito utrinque



trinque

trinque consensu stabiliendo, & fancienda in
dissensu non fundamentali mutua tolerantia ac
fraterna charitate. Secus concedimus, si erro-
res fundamentales refutandi, inque fidei arti-
culis manifeste errantes (cum quibus nulla con-
sociatio instituenda est) convincendi sint, non
à convenientia seu consensu, sed à dissensu &
erroribus potius incoandum, illosque errores
ab initio refutandos & retegendos esse, (qui mo-
dus non in primitiva tantum, sed omni tempo-
re in Ecclesia, etiam in Synodo Dordracena
obtinet;) ne sic errantes, stabilito prius ali-
quali consensu, ob eundem & inepta spe sibi
blandiantur, quasi à veritate non recesserint, &
alios, quibus ipsorum errores adblandiuntur,
decipiant, quasi in plerisque veritatem illæsam
servent, & illi arridentes errores veritati non
derogent, Nec nostræ consociationi applicari
possunt exempla Christi, Prophetarum & Apo-
stolorum, dum errantes & peccantes (maxime
eos qui in cœtu fidelium etiamnum permane-
bant, aut etiam aliquandò ab illo plane erant
alieni) redarguturi, non veritatem nec virtutes
quas servabant, sed errores & vitia quibus de-
diti erant, iis ob oculos posuerunt, quem &
modum in reprehendendo observandum esse
nemo dubitat: sed plane à reconciliationis mo-
do di-

do diversus est, in quo à partium consensu incoandum ducimus; quemadmodum in Marpurgensi, Wittenbergensi, Sendomiriensi, Lipsensi, ut & nuperrimo Cassellano, omnibusque aliis irenicis colloquiis, cum ullo fructu habitis, observatum esse, ex antecessd. novimus.

XXII. Si forte autem in Controversiarum examine alicui displiceat Cassellanum Colloquium solùm respicere, jungat ille articulos concordiae *Marpurgensis*, & subsequutæ *Wittenbergensis*, concordiae item *Polonicae* & *Bohemicae*, vel acta colloquij *Lipsiaci*, jungat & articulos Confess. Augustanae, eosque cum Reformatorum Confessionibus conferat, & ex iis consensum & dissensum hauriat, deque eorum qualitate judicet: & inveniet in colloquio *Marpurgensi* tantùm dissensum fuisse de modo praesentiae corporis Christi in S. Coena, in eo autem, quòd S. Coena sit veri corporis ac sanguinis Christi sacramentum, & spiritali manducatione corporis praecipue esset opus, ut
& in

& in omnibus aliis articulis, de Unitate Essentiæ Dei, & Trinitate personarum, de Persona & Officio Christi, de Peccato Originali, de Justificatione ex fide per nullum Opus, de Baptismate &c. unanimum consensum, & mutuam charitatem stabilitam fuisse: *In Wittenbergensi* autem concordia hunc præsentia modum aliquatenus fuisse decisum, damnatâ videlicet transsubstantiatione & locali inclusione, atque sacramentali unione panis & corporis, vini ac sanguinis Christi, quòd porrecto pane & vino simul adsit & vere exhibeatur corpus Christi, stabilitâ: *Inveniet in Sendomiriensi Polonorum* colloquio (cujus ad imitationem dein Bohemi simile instituerunt) unanimiter fuisse agnitum, quòd utraque pars in articulis de Deo, de Trinitate, de Incarnatione Filij Dei, de Justificatione, pie & orthodoxe sentiret, inque iis mutuus esset consensus, quem unanimiter contra omnes Evangelij hostes

stes

stes defendere vellent; quoad S. Cœnam verò eos, ad Colloquij Wittenbergensis exemplum, in Irenæi sententiam consensisse, quòd eadem duabus rebus sc. terrena & cœlesti constaret, nec in eâdem elementa, signave nuda ac vacua essent, sed quod significant simul credētibus fide præstaretur: cæremonias autem unicuique Ecclesiæ liberas esse relictas, & charitatem mutuam utrinque appromissam: *In Lipsiaco* quoque colloquio reperiet, partes unanimiter in articulis confess. August. convenisse, & solum in duobus, de communicatis humanæ Christi naturæ proprietatibus divinis, deque modo præsentia corporis Christi in S. Cœna, & de Prædestinatione (de qua in confess. August. expresse non agi perhibebant) dissensisse, ac mutuam tolerantiam suasisse: Sic & *in collatione Augustanæ Confess. cum Reformatorum, Helvetica, Palatina, Belgica, aliorumque confessionibus* (quod ex Synta-

Synta-

Syntagmate Confessionum, hoc fine, ut ex præfatione liquet, impresso, factu facile est) experietur, maximum ubique consensum, & in paucissimis solum punctis, iisque non fundamentalibus, dissensum esse; uti Henricus Altingius, disput. suâ harmonicâ, Exegeſi Confess. August. præfixâ, orthodoxum consensum Augustanæ, Palatinæ & Helveticæ Confess. exhibet.

XXIII. Sed ut ad Castellianum Colloquium, (quod velut recentissimum omnium animis magis inhæret, & ut postremum maxime attendendum est) revertar; illo præeunte, de controversiis earumque qualitate seu momento adjiciendum quid mihi nunc esset; nisi specia-liorem controversiarum tractationem in *Examine meo Irenico Controversiarum Evangelicorum* brevi quoque, Deo volente, traditurus essem; quò Lectorem remitto. Illud tantum in genere hoc loco de illis adjicio; quòd ex hujus Colloquij dijudicatione clare liquet,

queat,

queat, I. quoad numerum controverfiarum, eas esse paucas; in plerisque autem Religionis Christianæ dogmatis unanimem esse consensum: II. quoad earundem momentum, easdem ita prægnantes & fundamentales non esse, ut omnem inter Partes Confociationem vel Tolerantiam, (*de qua thesi 32.*) impedire queant; sed potius, tam exiguum dissensum tantam animorum alienationem, tantumque schisma non promereri.

XXIV. Placet hîc quædam, sententiam nostrum confirmantia, ex *Judicio Facultatis Theologicæ Ultrajectinæ*, An. 1661. 7. Septemb. D. Duræo dato, apponere, quæ sic habent:

JUdicamus tantum esse inter Protestantes, tum Reformatos tum Lutheranos, in Capitibus Christiane Religionis consensum, ut non obstante dissensu in quibusdam, semet mutuo non ut hostes odisse, condemnare & persequi; sed contrà pro fratribus agnoscere, amare, juvare contra communes hostes, tolerare in controversis,

troverfis, & fraternis officiis profequi debeant. Consensus autem ille non ex privatis Theologorum utriusque partis scriptis, sed ex publicis confessionibus optime investigatur & cognoscitur. Communicata etiam nobis ab amico quodam, & à nobis lecta est *Brevis relatio Colloquij, autoritate Hassiæ Landgravij inter duos Marpurgenses & duos Rintelenses Theologos, Cassellis habitæ*; placuitque nobis ratio concordiæ & fraternæ tolerantæ ibi delineata, ac judicamus, Eam non solum in terris Landgravio Hassiæ subjectis, sed etiam alibi, in utriusque partis terris & provinciis introduci posse, ut singuli Ecclesiarum Ministri, Professores, Præceptores & Ludimagistri, imò omnes Consiliarij & Præfecti & Officiales Principum & Rerumpublicarum eam piè & prudenter observent. Ubi hoc in præcipuis Provinciis & Ditionibus utriusque partis introductum esset, & animi jam magis magisque mitigati, tunc etiam cum tempore & data occasione, subinde Synodus quædam Theologorum utriusque partis, ad veritatem amplius in controversis elucidandam, & mutuam amicitiam & concordiam renovandam & confirmandam, convenire posset.

XXV. Qui hîc autem obstinati consensusum

fenfum agnofcere nolunt, & diffenfum fundamentalem clamitant; adeoq; hærefin nobis impingunt, cum illis, quamdiu in tali fententia perdurant, nec fe à propofito dimoveri patiuntur, nulla confociatio ut fperari fic & institui potest. Quum enim nulla cum hærefi poffit effe confociatio, quæ quæfo cum iis qui nos hæreticos habent, effet communio, focietas aut confociatio? Nulam fane cum hærefi vel hæreticis, quos Apoftolus poft unam alteramve admonitionem vitandos monet, (*Tit. 3. v. 10.*) fraternitatem vel focietatem inimus.

XXVI. Qui præterea ex his duris hominibus confociationis confilia, mediaque ab aliis propofita, fufflaminare ac turbare moliuntur, librosque Irenicos libellis fuis bellatoribus exagitant; hi confortium pacis ipfimet intrare nolentes, alios dum ingredi prohibent, fimiles funt Scribis & Pharifæis, quibus Chriftus in Euāgelio (*Matt. 23. 13.*

T

Luc. 11.

Luc. II. 52.) vœ annunciat, quòd ipsi-
met regnum cœlorum non introeun-
tes, eos qui introibant prohiberent.

III^o.

XXVII. Restat *tertiò & ultimò* in
Reconciliationis præparatione exami-
nanda *Qualitas Pacis vel Reconcilia-
tionis Religiosæ*, seu *Qualis Pax* in hoc
negotio intendatur.

XXVIII. Non intenditur hîc *Utri-
usque Religionis Mixtura* *, ut, non
obstante dissensu, populus promiscue
Utriusque Partis Ecclesias tanquam
pares habeat, hujus vel illius Partis
conciones frequentet, & sine discrimi-
ne apud hanc illamve, etiam aliquando
datâ quam puriorem credit Ecclesiâ,
S. Coenam adeat, atque infantes ba-
ptizari curet; & sic tanquam unus fiat
coetus,

* *Melanehton in suo testamento, scripto A. 1540.* Erunt for-
tassis novæ dogmatum conciliationes sophisticæ post hanc ætatem,
ubi restituentur veteres errores non nihil fucati, & hæ concilia-
tiones corrumpent doctrinæ puritatem, quæ nunc traditur. De his
quoque præmoneo meos, ne sophisticas conciliationes approbent.
Sed hîc eruditi hortandi sunt, ut advigilent, ne specie pacis & pu-
blicæ tranquillitatis recipiant dogmatum confusionem, qualis in
Syrmiensi Synodo facta fuit. *Vid. Consil. Th. P. 1. p. 391.*

coetus, cui etiam utriusque Partis Doctores sine discrimine præficientur: quemadmodum Ulricum Principem Wirtenbergicum *disp. 1. thes. 25.* fecisse diximus; utque Strasburgi, aliisque multis locis accidit: quæ res magnas primum excitavit lites, dein alteram partem plane ejecit. Uti & ex Ducatu Wirtenbergenfi, Strasburgo, aliisque plurimis locis Reformati hoc pacto expulsi sunt.

§ 2. Ut ut forte in Naturalibus ex duabus contrariis qualitatibus, e. g. calore & frigore, bona possit fieri permixtio, & in Politicis ad civilis pacis conservationem, diversæ religionis homines permisceantur; in pace tamen Religiosa longe aliter res se habet: Nam ut Ethicæ & Mathematicæ virtutes ac veritates cum oppositis vitiis ac falsitatibus nullam communionem aut mixturam admittunt; sed virtus etiam minimâ vitij admixtione fit vitium, & linea recta qualicunque incurvatione

T 2

definit

definit esse recta & curva vocatur: sic Religiones, in quibus sibi sunt contrariae, sine intolerabili perturbatione commisceri nequeunt.

§ 3. Nec huic mixturae favet, quod obicitur, unitatem & communionem Ecclesiasticam servatam fuisse in *Ecclesia Corinthiaca*, non obstante quorundam dissensu de Resurrectione mortuorum *1. Cor. 15: 12.* & *Galatica*, non obstante dissidio de Justificatione & observatione legis caeremonialis, *Gal. 1: 6. 7. cap. 3: 1. 2. c. 4: 9. 10. 11. c. 5: 1. 2. 3. 4.* Quum neutiquam talis unio ibi servata fuerit, ut utraque doctrina ibi sonaret; sed veri fideles ab Apostolo in veritate contra errores perstare admoniti, *1. Cor. 15: 58. Gal. 5: 1.* & errantes severe redarguti, *Gal. 3: 1.* imò abscindendi, fuerint. *Gal. 5: 12. & c. 1: 8.*

XXIX. *Interim tamen concedimus, ubi non utrique, sed alteri tantum Partii, publicum est religionis exercitium, ut ibidem habitantes fideles, propriae religio-*

religionis exercitio carentes, alterius Partis coetus & S. Coenam frequentent, infantesque ibi baptizandos offerant; prout nec illis Sacramenta deneganda sunt. Quemadmodum hunc casum in *Carentonensi Synodo* decisum diximus, *suprà disp. 2. thes. 20.* Sic *2. Chronic. 30. vers. 1. 5. 11. 25.* Hiskia, Rex pius Judæ, etiam reliquias decem tribuum Israëlis, quæ à Juda defecerant, ad Pascha cum Juda celebrandum invitavit, quarum etiam magna pars, summâ festivitate & concordia, illud cum Juda celebravit.

XXX. *Nec intenditur hîc consensus in Formulam aliquam Generalem & Ambiguam, in Utriusque partis sententiam Flexibilem: quum consensus & dissensus per theses & antitheses clare decidendus, & utrique parti sua sententia libera relinquenda sit. Secus si generalis istiusmodi formula sine ullius partis præjudicio concipiatur, neutri parti eadem diu inexaminata manebit,*

nebit, sed utraque eam suo speciali modo interpretabitur, & sensum, suæ sententiæ appropriatum, illi dabit; & sic nihil decisum actumque erit, aut nova liti dabitur occasio: Sin altera pars ab altera, dolosa formula generali fuerit circumventa, etiam ille consensus diuturnus non erit, sed simul ac fraudes detectæ fuerint, lis vehementior enascetur.

XXXI. Sic nec intenditur hîc *doctrinæ inter Partes omnimoda συμφώνησις*, quam quidem suo tempore à Deo, si ipsi visum fuerit, speramus, & ab ipso solo rogamus, qui solus corda movere, & mentes illuminare potest, ut utraque Pars perfectam, in s. l. patefactam, veritatem unanimis intueatur & amplectatur; at eam in reconciliationis negotio hoc tempore urgere velle, esset omnia reconciliationis negotia turbare. Nam ut, in gratiam alterius Partis, à doctrinæ puritate nihil remittendum est, sic nec altera Pars, ob nostram
qualem-

qualemcunque demonstrationem, à sua sententia, quam quoque veritati S. Scripturæ convenientissimam credit, recedere potest, quamdiu à Deo aliter non persuadetur.

XXXII. *Sed talis tantum* Partium Reconciliatio, Paxque Religiosa hinc intenditur, quâ (1) utrinque concessa stabiliantur, (2) dissensus toleretur, (3) fraterna societas constituatur.

§ 2. *Primum* dogmata, quæ utrinque indubitata & in confesso sunt, mutuo consensu adversus Ecclesiæ Christi hostes stabiliantur: ut juxta Apostoli monitum, *in eo ad quod Nos unâ usq; pervenimus, eâdem incedamus regulâ & idem sapiamus* (Phil. 3. 16.): *Nihil gerentes per contentionem aut inanem gloriam, sed ex animi submissione alij alios existimantes sibi præcellere,* (Phil. 2. 3. conf. 1. Cor. 1. 10.)

§ 3. *Deinde,* ob discrepantes opiniones, altera pars alteram *ne mordeat & excedat,* (Gal. 5. 15.) *nec condemnet fratrem*

fratrem aut pro nihilo habeat (Rom. 14. 10.) sed controversiis legitime, juxta regulas supra à nobis præscriptas, formatas, deque earum pondere, æquo judicio lato, dissensus ille in vicem inter fratribus *Toleretur*.

§ 4. Ut enim in Rep. Cives, animi præstantiâ corporisve robore aut elegantia præeminentes, rudiores, infirmiores, membrove aliquo distorto aut mutilos, civitate neutiquam pellunt, sed concives habent, nævos ipsorum non modo tolerant, sed & tegunt sed & eorum infirmitatibus sua opes succurrunt: ita & in Ecclesia, membrum unius corporis mystici, quorum caput est Christus, se gerant oportet. Quod præeminere videtur membrum, infirmius aut ignobilius ne contemnat, *ne oculus dicat manui, Te mihi non est opus nec caput pedibus, Non est mihi vobis opus: nam quæ videntur membra corporis infirmissima esse, necessaria sunt, & quæ minime honesta putamus, ijs honorem*

ren

rem ampliore circumponimus, quæque in nobis sunt indecora copiosiore decorem habent (1. Cor. 12. vs. 21. 22. 23.)
Sed contra alterum alterius infirmitates & nævos toleret ac tegat, alterum de altero bene speret, mutuam opem & auxilia præstet, mutua charitate prosequatur.

§ 5. Nam ut *Charitas*, quæ benigna est, omnia tegit, omnia credit, omnia sperat, omniaque sustinet (1. Cor. 13. vs. 4. & 7.): Sic qui firmi sunt, moneute iterum Apostolo, infirmitates imbecillorum portent, nec sibi metipsis indulgeant, sed proximo placeant (Rom. 15. vs. 1. 2.); cum omni animi submissione & lenitate, cum iræ cohibitione sufferentes alij alios per charitatem, studentes conservare unitatem Spiritus per connexionum pacis (Eph. 4. vs. 2. 3.); alij aliorum onera portantes (Gal. 6. 2.): hæc spe, fore, ut qui aliter sentiunt, hoc quoque Deus ipsis, suo tempore, sit revelaturus (Phil. 3. 15.).

T 5

§ 6. Tan-

§ 6. *Tandem*, non obstante illo dissenſu, ac ſententiarum, rituum, cœtuumque differentiâ, *Societas* fraterna inter Partes ineatur; qua altera alteram, ob aliqualem diſſenſum, illâ communionẽ & confociatione, quam ſorores in Chriſto Eccleſias decet, non excludat: (nam *ecce quam bonum, & quam amœnum eſt, fratres habitare unâ,* (Pſ. 133.) ſed, propter Doctrinæ conſenſum, mutuâ & fraternâ charitate, (quam tam ſerio plurima Scripturæ loca, quorum quædam *diſp. 2. th. 9.* allegavimus) complectatur, debito honore proſequatur, & mutua bella interna in communem Eccleſiæ hoſtem externum convertens, contra ejus impetum invicem ſe tueatur, ac quælibet, *quæ ad pacem & mutuam ædificationem faciunt, ſectetur,* (Rom. 14. 19.) atque verbi ac Sacramentorum communionem (*de qua ſuprà theſ. 29.*) petentibus concedat; & ſic, ſemotâ omni ſiniſtrâ ſuſpicionẽ, odio atque amaritudi-

maritudine, corda & animos magis magisque conjungat; ut, (quemadmodum, *disp. 1. thes. 33.* Lutherum in fine literarum ad Helvetios monere diximus) dem H. Geist raum gegeben werde die liebe und freundliche concordie vollkommen zu machen / der unser herken zusammen smelke in Christlicher liebe und anschlägen / allen schaum und rost menschlicher und teufflicher bößheit und verdacht außsege / zu lob und ehr seines Heiligen Nahmens / und zur seeligkeit vieler seelen / zu wider dem Teuffel und Pabst und allen seinen anhängeren.

§ 7. Talis & fuit Confociatio Marpurgensis & Wittenbergensis; Talis Polonorum atq; Bohemorum, de quibus *disp. I. & II.* egimus; Talem & Confociationem Colloquij Lipsiaci Doctores suaserunt; Talem Colloquij quoque Cassellani Doctores ut inierunt, sic & inculcant. Quemadmodum & inter diversarum nationum, rituum, quin & sententiarum quarundam Ecclesias, e. g. inter Reformatas Belgicas, Gallicas, Anglicanas, & Germanicas,

manicas, confociatio & corresponden-
tia, non autem coalitio est, falvis uni-
cuique manentibus suis coetibus, juri-
bus ac sententiâ.

§ 8. Precor itaque cum Apostolo,
Deus tolerantiae & consolationis det
tandem Euangelicis, *ut itidem alij in*
alios affecti sint, secundum Christum Je-
sum, & concorditer uno ore glorificent
Deum ac Patrem Domini nostri Jesu
Christi, Rom. 15. vs. 5. 6.

XXXIII. Hæc de Reconciliationis
Præparatione: ultimo loco ejusdem
Consummatio examinanda venit, quam
Partium Publico Colloquio, Universalis
sc. perficiendam dixi, *suprà thes. 4.*

§ 2. De quo Universalis Colloquio
multa velle dicere necdum opportu-
num judico, quum Particulares Col-
lationes, *ut thes. 12. dictum*, præmit-
tendas arbitrer; de quarum institutio-
ne quamdiu adhuc laboratur, frustra
de universalis cogitatur: qui enim par-
ticularibus repugnant, quomodo in
publica

publica consentient colloquia? aut quamdiu singuli separatim in confociationem necdum consentiunt, quomodo de conjunctis reconciliandis laborabitur?

§ 3. Ubi autem, divina benedictione, omnia à nobis requisita præparatoria, (& inter illa Particulares Collocationes) feliciter expedita fuerint, sponte generale colloquium succedet.

§ 4. Nec ad Pacem Evangelicam absolute Universalis omnium Ecclesiarum simultanea conjunctio requiritur; præclarissima etiam atque exoptatissima foret res, si initio quarundam saltem particularium Ecclesiarum fraterna fieret confociatio: nec hæc illæve Ecclesiæ, quæ jam in confociationem consentiunt, eamque exoptant, eandem in aliarum aut omnium simultaneam confociationem different, sed sanctum hoc opus, sine mora, inter se perficient, aliisque exemplum imitandum præbebunt. **Iniquissimum enim**

enim

enim arbitror, Moderatiores utriusq;
Partis Evangelicos ab exoptata pace,
qua inter se frui queant, per Durio-
rum hominum tergiversationem, aut
invitos detineri, aut etiam plane tan-
dem eadem frustrari.

C O N C L U S I O.

*Has de Pace Religiosa cogitationes
meas, non potui non hoc libello, ad cre-
bras pacificorum, (de quibus in præfa-
tione), efflagitationes, in lucem mittere;
quo licet mihi ipsi, non satisfecerim, qui
rudi Minerva, ad disputationum for-
mam, in chartam conjecta limare atque
illustrare prius maluissem, ubi per oc-
cupationes licuisset; aliorum tamen
placitis, non ut volui, sed ut hoc tempo-
re potui, satisfacere me obligatum ratus
sum: si forte Deo hujus minimi sui ser-
vi ministerio in hoc negotio etiam uti
placuerit. Cui Deo me non ingratum o-
pus hac me tenuitate me præstitisse con-
fido. quicquid etiam forte alij aut impro-
baturi, aut obtrectaturi sint: illum rogo
ut*

ut

ut omnium fidelium suorum servorum pijs laboribus, ut in alijs, sic in hoc negotio, affatim benedicere, corda duriorum ad pacem emollire, imo eam tandem perficere velit, ad sui nominis gloriam & Ecclesie salutem
Amen.

* * * * *

A D D E N D A.

Pag. 9. lin. 2. insere post vocem Jenæ hac seqq. concionem haberet, interfuit illi Caroloftadius, qui non semel in eadem se graviter taxari audiens, finita concione, Lutherum in diversorio amicè compellat; at ipse mox Caroloftadium &c. Pag. 19. lin. 3. in notis, post vocem consensum adde; quem etiam Heidelbergenses in ihr Ausführlicher Bericht / cap. 4. 9. Embden- ses in ihr Bericht vom streit des H. Abendmals / cap. 7. ab initio; alijq; ex Lutheri scriptis deducunt. Pag. 72. lin. 15. post vocem pertinerent adde; quin & quum An. 1540. in conventu HAGANOICO, cui etiam Bucerus, ac Blaurerus, velut Protestantium focij interfuerunt, Rex Ferdinandus hos tantum, qui ante transactionem Noribergicam Augustanæ Confessionis focij fuerant, non qui post accesserant, pace concessã


cessã comprehendi, nec alios deinceps recipi
 vellet; Doctores Protestantes congregati re-
 sponderunt, nec sibi integrum esse, nec ejus rei
 mandatum habere, ut illos, qui post pacem No-
 ribergicam sese ipsis aggregarint, excludant, ne-
 ve deinceps alios recipiant. *Sleid. l. 13. p. 368.*
369. Pag. 104. lin. à fine 6. post vocem quum
adde; An. 1558. Comitibus Francofurtensibus, Ot-
to Henricus, Palatin. Augustus Saxon. Joachi-
mus Brandenb. Electores, Fridericus & Wolfgan-
gus, Comites Palatin. Christophorus Dux Wir-
tenberg. & Carolus Marchio Badensis, eam un-
animi consensu approbarint (ut Acta Comit.
Francof. testantur) & iterum..... Pag. 105. l.
ult. ad finem notarum adde; & Pag. 185.

E R R A T A

Graviora hæc typographica benevolus Lector sic corrigito. *Pag.*
1. lineã à fine 5. pro VI. pone XVI. Pag. 29. lin. 6. pro denotare
lege detonare, sic & pag. 140. l. 11. lege detonabat.

Reliqua leviora, quæ ob festinationem irrepserunt, ipse Lector
 benevolè immutabit. *Sic pag. 1. lin. 5. legat, c10 100 LX. p. 3. l.*
à fin. 5. post y. 2. claudat parenthesin, hoc pacto 2.) p. 9. l. in no-
tis 2. pro 219. legat 214. l. ult. legat 1524. p. 34. l. in notis ult. al-
legatum Bucholceri referat ad præced. lit. a. p. 46. l. 4. legat, ex-
pertos. p. 70. l. 6. legat, exhilaratione. p. 71. l. in notis penult. pro
lib. 11. legat l. 12. Sic legat p. 75. l. 16. perferentur. p. 87. l. à fin.
3. in notis, Cantuariensi p. 108. l. à fin. 4. post. 36. claudat paren-
thesin. p. 123. l. à f. 3. legat, Holfatis. Sic & legat p. 141. l. 13. Acade-
miarum. p. 215. lin. à fin. 2. obsoleta, p. 257. l. 6. Arminianismus
p. 263. l. ult. accuratius. p. 286. l. 14. attendendum. p. 287. l. 14.
nostram.

Th. evangel. pol.
1646



Small, light-colored rectangular label affixed to the bottom right corner of the book cover. The text on the label is illegible due to the low resolution and lighting.